26-8°; N.222

222 I 278
172

2e – 11 g

PLATINI PLATI MEDIOLANENSIS AD MAGNIFICVM THOMAM THEBALDum BONONIENSEM EQuITEM AVRATVM AC DVCALEM SENATOREM CLARISSIMVM LIBELLVS DE CARCERE.

D AEDALVS ALARVM FABER
aetheriuſq; uiator
Vt poſito euaſit Gnoſia regna metu:
Redditus euboicis oris in Apollinis aede
Quae tulerat propria pinxit acerba manu.
Nec dolor obſtabat: quin atri carceris umbras
Fingeret: & nati corpus inane ſui.
Omnia ſacrauit Phoebo. nos iure ſecuti
Daedalon haud paſſi quo leuiora ſumus
Hoc uarium carmen noſtri monumenta doloris
Dicimus: & uolumus nominis eſſe tui.
Qua faciam ratione Thoma facunde Senator:
Accipe ſaepe tui ſenſimus oris opem.
Quo fera biſtonii miteſceret ira tyranni
Et ſiculi: poſſet quo pius eſſe Nero.
Adde quod Aonidum non aſpernaris alumnos.
Doctus enim uatum de grege quenq; iuuas.
Et legis & laudas humiles aliquando camaenas
Praecipue noſtras: & mihi ſemper ades.

AD DEVM MAXIMVM OPTIMVM.

No 4113
UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

¶ Omnipotens qui corda ducum: ceu cuncta gubernas:
Vna: eademq; patris: natiq; aeterna poteſtas
Reſpice me. per ego te ſupplex uiſcera matris
Impolluta tuae: materna per ubera: perque
Vulnera quina precor tua: per crudele piaclum
Perq; tuum in lucem reditum mirabile uiſu
Diuinoſq; tuos caeli ad conuexa uolatus
Finem aliquem celeremq; malis pater optime noſtris
Da: merui grauiora quidem: mortalibus ullis
Si qua dari grauiora ualent: obnoxius ad te
Confugio. numenq; tuum exorabile poſco
Iudicio ne me ſiſtas: in iure cadendum
Eſt mihi: ſit ueniae tantum locus. utere quaeſo
Hac aeterne parens tua ſi claementia ceſſet
Quis te ferre queat: miſereri: ignoſcere culpas
Eſt proprium delere tuum: non obruis orbem.
Seruatamq; tuo pretioſo ſanguine gentem
Non perimis: quanquam ſunt omnia plena reorum.
Ergo ades: atq; tuam pietatem funde ſuper me
Conceſſamq; mihi per te nulliq; negatam
Viuentum generi: tot iam labentibus annis.
Da libertatem: quam dux mihi quintus ademit
Inſubrium ſaeuo me pridem carcere torquens.

AD GLORIOSIS. ET PIETIS. DEI MATRē.

¶ Mater immenſi ſine fine regis
Morte qui mortē propria fugauit
Seculo primi grauiter parentis
Facta luenti.
Virginum flos: & roſa prima uirgo
Qua graues orbi cecidere noxae
Feminae dira improbitate merſo
Crimen ob unum.
Dulce uexillum peregre domiq;
Neminem perdens tibi militantū
Te pii gaudent opis indigentes
Nullius Hercle.
Huber antiquae pietatis o fons
Impii nec te dubitant uocare.
Rebus induris: nec opem recuſas
Ferre prophanis.
Te uiatores duce concinentes
Tranſeunt uaſtos aliquādo mōtes
Ad ſuas laeti referuntur iidem
Te duce ſedes.
Te procelloſis uiolenter undis
Nauita ī ſirtes ſcopuloſq; uectus
Orat & uotis leuibus fatigat.
Tu dea praeſto.
Te platus dire cruciatus inſons
In ſpecu denſo tenebris ſituq;
Inuocans uiuit lachrymis tuaq;
Paſcitur aura.

AD DIVVM ANTONIVM.

¶ Qua te magne parens Antoni diue precabor
Fronte: quibus uerbis: mihi circunfũditur ingens
Ora rubor ſudant ueteri precordia culpa.
Qui te non adii: uenerandaqꝫ templa uiennae
Ad quartum & decimum lapidem uicinus & oti
Commoditate fruens: hiemans in colle propinquo
Cum duce qui plectit me tunc ea rura colebam.
Da ueniam repetende mihi in regionibus illis
Mox ubi contigerit diuturno carcere ſolui
Crura pedeſqꝫ luent inſanae obliuia mentis.
Interea ne ſperne preces & uota ferentem
Perpetuo grandaeue ſenex habitator eremi
Aſpera qui ditis certamina mille tuliſti
Chriſti inuicte pugil per tot diſcrimina uictor
Macte polo facieqꝫ dei: uenerabilis inter
Caelicolas uotis precibuſqꝫ aſſuete uocari
Rem nulli obſcuram ſcio te dum uita manebat
Imperitaſſe feris trucibus rabidoſqꝫ leones
Morigeros habuiſſe tibi mirabile dictu
Quod precor haud tale eſt & principe torqueor inſons:
Inſubrium quinto uinclis & carcere menſem
Iam quintum & decimum nec adhuc placabilis extat:
Da pietate tua penitus miteſcere: uotis
Non deero: promiſſa fides ſua quaeqꝫ ſequetur

AD DIVAM CATHARINAM.

¶ Regis illuſtris catharina coſti
Filia in magnis opibus paternis
Nata regali ſimul alta luxu
Regia uirgo.
Diua quae tectis humileꝫ ſuperbis
Caellulam ĩuito patre praetuliſti
Aureo cultu tunicam piloſam
Pluris habendo.
Quae ducũ ſpretis thalamiſqꝫ regũ
Te deo intactam cito conſecraſti
Cuius intaeda bene perſeuerans
Sponſa uocaris.
Dogma quae ſacꝝ penitus tenebas
Virgo longaeuis potis una cẽtuꝫ
Congredi ĩ rebus ſtudiiſqꝫ ſacris
Inclita uictrix.
Cernis aerumnas ueteris clientis
Profer in lucem p̃cor ipſa rectum
Pectus illuſtra ducis alma quinti
Inſubris orae.

AD DIVVM PETRVM.

¶ Nec tu culte mihi celeſtis ianitor aulae
Carminibus noſtris non celebratus eris
Quin prece te exorem timor omnis abeſto: quod aſpꝫ
Dura tibi nomen dat petra teſte deo
Scilicet infracti te pectoris eſſe fatetur a 3
Caelica uox fidei robur & acre tuae
Quod malco abſtuleris dextram dicto ocius aurem
Sanctum opus hoc auſim dicere: quiſue neget

Mitis es. Id circo gregibus praefecit alendis
  Te pater aulai praepoſuitqꝫ ſuae.
Primus oues curare dei moderamine ſancto
  Caepiſti primus paſtor in aede dei
Quam tibi non auro ſeruare nec arcibus ullis
  Nec metui imperio belligeraqꝫ manu
Cura fuit late diuinum extendere cultum.
  Sanctaqꝫ praeſidium crux erat una tuum
Relligione pia pius omnia paſtor agebas
  Nudi pontificis totus & orbis erat
Sed quid ego ad noſtraꝫ nihil hęc faciẽtia cauſã
  Syderibus caeli lucidiora loquor
Te precor ex animo diuuꝫ antiquiſſime nomen
  Vnde mihi tribuit ſors & uterqꝫ parens
Da dextram miſero: crudeli carcere pridem
  Luna ter impleuit cornua quina premor
Nec modus ullus erit: niſi quem diuina poteſtas
  Fecerit: ut faciat tu quoqꝫ diue roga
Perpetuum mihi numen eris: referetur ad auras
  Ore meo pietas officiumqꝫ tuum.

AD DIVAM CLARAM.

¶ Clara quae nomen trahis ex olimpo
  Par rei & uitae teneris ab annis
  Luce diuina radiata uirgo
  Clarior aſtris.
Quam ſibi afflauit propriamqꝫ fecit
  Omnium idem rex opifexqꝫ rerum
  Cuius in ſacris operata ſemper
  Mira dediſti.
Tu feros hoſtes uiolenter aedi
  Cum truci ferro ſuper imminentes
  Ignibus templum decus atqꝫ templi
  Omne daturos.
Sola profligas perimis retorques
  Dimicans primi in ſtatione muri
  Hoſtia armata exigua: fideqꝫ
  Clara ſacerdos.
Te petunt nautae ſibi praeuidentes
  Grande diſcrimen: Iouis inde caelum
  Cum fremit denſant per inane nubes:
  Murmurat aequor.
Tu pia exultans miſeris adeſſe
  Numen exoras ſuper omne numen
  Ocius dicto redimis iacentes
  Cuncta ſerenans.
En ego oppreſſus grauiore fato
  Do preces imple precor alma: proſit
  Quod tuas olim uenerator ibam
  Pronus ad Aras.
Cultor antiquus tuus en laboro
  Mole iampridem rigida malorum
  Adde te noſtris comitem patronis
  Numinibuſqꝫ.
Da quod eſt in te: dare diua lucem
  Rebus obſcuris ſolita es: benignum
  Principem reddas mihi clara per te
  Clarificetur.

AD DIVVM GEORGIVM

¶ En tua qui ſolitus fueram celebrare Georgi
Annua ſacra nitens:& galeatus eques
Bis rediere:neci datus atro in carcere pannis
Obſitus in multa ſorde uolutus agam
Diue potens armis ſi qua eſt tibi cura tuorum
Candidus & felix ad mala noſtra ueni:
Et potes & debes ueterem ſeruare clientem
Vnum te colui praecipuumq; puer
Nondum flauentes prima lanugine malas
Veſtibam tenero nec mihi robur erat:
Vix credendus equo tua mollis ad annua duri
Sacra Neoptolomus militis arma tuli
Te q̊ꝫ biſſenos colui iuueniliter annos
Feſta luce tua conſpiciendus eques
Quos ictus mea claua dedit quot fregimus haſtas
Auſpiciiſqꝫ tuis praemia ſaepe tuli
Hos tibi perpetuos fueram facturus honores
Inqꝫ dies armis plura daturus eram
Intercepit atrox crudeli carcere fatum
Me tibi:diue precor quam potes affer opem
Non tibi ſquamoſi perimenda eſt tergoris ingens
Belua:non haſta non opus enſe tibi
Inſubrium mihi redde ducis placabile pectus
Hoc ſat erit repetam mox tua ſacra frequens.

AD DIVVM AMBROSIVM.

¶ Paſtor in ſubris populi paterqꝫ
Vtilis mitra calamo & flagello
Doctor illuſtris fideiq; lumen
Quattuor unum.
Maxime ambroſi ſumꝰ unde nacti
Nomen ęternum ꝓprioſq; ritus
In ſacris nec nõ monimenta nobis
Debita ſolis.
Cuius ęternuꝫ memores quotannis
Feſta ſolenni colimus triumpho
Dona certatim pia plebs ad aras
Cum patribus fert.
Te domi patrem patriae uocamus
Te foris:ſi quis metuẽdus hoſtis
Imminet belli facimus magiſtrũ
Signiferumq;.
Tu uel ad muros ruat hoſtis:affers
Semper in rebus dubiis ſalutem
Pacis & belli moderator idem
Ara tuorum.
Te uocat ſupplex tenebraꝝ ab imo
Carcere ĩſubris platus unus inter
Te pie & ſancte merito colentes
O pater urbis.
Da modo ne te precibus fatiget
Irritis:non eſt opus ſic trinodi
Qua feros olim ferula fugaſti
Fortiter hoſtes. a v
Cor tuae inſpires dominantis urbi

Vt modum poenis ſtatuat benignam
Induat mentem pater alme praeſta
Me tibi donet.
Mille ſeruabis mihi crede in uno
Ciue perculſos: age diue partes
Et tibi antiquas propriaſq; ſerua
Quenq; tuorum.

AD DIVVM SEBASTIANVM.

¶Ecce Sebaſtiani lux infauſtiſſima diui
Ecce dies auctor cladis & ipſe meae
Ter formoſus equos egit per ſydera Titan
Cornuaq; impleuit ter duodena ſoror.
Ex quo me miſerum temerarius abſtulit error
Meque mea leto ſimplicitate dedi
Feſta Sebaſtiani uicinia tota colebat
Ingredior laribus proxima templa meis
Templa ſubit prĩceps celebri comitatus ab aula
Affatuſq; deos pauca ſerenus abit
Sedula carpit iter cum caeſare tota iuuentus
Cum patribus proceres ceſſit & omne iubar
Solus ego aerumnis deuotus carceris huius
Sic erat in fatis ſolus in aede moror
Vidit & incaluit ſed ut eſt maturior annis
Caeſar in hanc poenam diſtulit uſq; diem
Diue nitens auro calcaribus enſe: ſaluber
Toti orbi. noſtris caſibus affer opem
Affer opem ducis inſpires praecordia laeſi
Excute quo peni fulmen in aede tua.

AD OMNIPOTENTEM DEVM.

¶Quo noſtri gemitus uſq; dolor meus
Quem finem ſtatues innumeris malis
Vis ſupreme pater me in tenebris mori
Tu conceſſa uagis aequora piſcibus
Mox ſulcata uiris: tantus amor lucri:
Ad praedonis opus: uotaq; temperas
Illum ſeminecem fluctibus eripis
Indignante noto cum reliquis tribus
Mercatoris iter per iuga montium
Vix ſignata regis cumq; pecuniis
Partis incolumen reddis eum domi
Nemo tam reus eſt perpetuae necis
Cui non aduenias te modo clamitet
Vni tanta mihi gratia clauditur
Qui nullum inuenio carceris exitum
Noctes atq; dies te pater inuocans
Si te nulla mouent cum prece feruida
Quę plenae fidei uota pie damus
At matris miſerae cordolium meae
Quae ſe horis crutiat flebilis omnibus
Et germana tuo dedita numini
Seruat uirgineum quae tibi lilium
Haec pro me aſſiduis te precibus rogat
Totius lachrymae te moueant domus:
Quae ſpes in puero tot queritur ſuas
Fatis immeritis funditus eiici
Si quam par fuerat liberius loquor

avi

Da rex omnigenum da ueniam precor
Verbis improbulis.me nimius dolor
Depleuiſſe potis quodq; caput potens
Dudum ex uaniloquo ſacrilegum facit
Si duri pateat Ianua carceris
Nemo te Platino feruidius colet.

AD DIVVM CHRISTOPHORVM.

Chriſtophore haud dubitē qa ſis ãpliſſimꝰ heros
Te prece diue gigas poſſe mouere mea
Qui quanquam foribus temploꝝ excluſus in ipſis
Paſſim habitas totus te tamen orbis amat.
Stant aedes tibi:ſunt ſolennia feſta quot annis
Praecipue inſubris gens tua ſacra colit
Quas properare rates auratas:qualibus hoſpes
Tyndari te rapuit te q; colchi tuus
Ad tua cras ubi lux orietur templa uidebis:
Magna ſuburbana turba uehetur aqua
Pars in equis:gemino ſudabunt pondere quanti
Cornipedes:ibit iuncta puella uiro
Vnus in his aderam tibi ſedulus: hoc mihi proſit
Clade laboranti chriſtifer affer opem:
In uinclis teneor & ſordibus arcis in imo:
Torqueor infelix innocuumq; caput
Per decus immortale tuum:quod ſeſſor inhaeſit
Rex tibi:quem mundus non capit:affer opem.

AD VNIVERSITATEM SANCTORVM.

Deniq; caelicolas omnes compraendere lōgum
Cum ſit:& inmodicus dinumerare labor.
Numina cūcta ſimul uoco uulgus & omne deoꝝ.
Dii ſine uos ulla lite deaeq; precor.
Aſpirate mihi ſuperi uelociter omnes
Ferte manum ſummo cum Ioue quiſq; ſuam
Ite mihi faciles:in terris numen habentem
Reddite pacatum caelica turba ducem.

AD ILLVSTRISSIMVM DVCEM MEDIOLANI.

Iuppiter aſpirat tibi cęſar & aurea cęli
Sydera ſoluenti diiq; deaeq; fauent
Nil prae te fortuna fouet mundi ue creator
Quaeq; diu nulli ſtat rota fixa tibi eſt
Quod perdifficile eſt dea cęca & lucida uirtus
Agmen iunxerunt auxiliare tibi
Altera quid ſtatuas monet:altera cępta ſecundat
Sedula pro rebus hęc ſtat & illa tuis:
Gallia te ſaluum per mille pericula nobis
Reddidit optatum legetimumq; duce
Te duce ſeruato noſtri cecidere timores
Iam qui terruerat territus hoſtis erat:
Et te non auſus per bella laceſſere mouit.
Mox eadem thuſcis complicibuſq; tuis
Tu celer in ſequeris nimis uſe uiriliter armis
Teſtiferum paſſim Dux animoſe ducem:

Flaminiae tranſgreſſus agros rumore ſecundo
Fraenaſti innumeri militis unus iter
Praelia detrectans tibi tandē inuaditur hoſtis
Ceſſit: adhuc illo marte repulſus hebet
Victor mox alia ex aliis in bella uocaris
Aduce Sabbatiae nam timor unus erat
Veniſti.cecidere metus atqꝫ hoſtibus arma
Quiqꝫ minabatur proelia foedus init
His ita compoſitis tibi regia ducitur uxor
Quae bona ſola tuo eſt digna reperta thoro
Nulla mora eſt tāti regni tibi naſcitur haeres
Omnibus laetis ſyderibuſqꝫ puer
Te facturus auum:felici cuius in ortu
Orta eſt in ſubribus ſpeſqꝫ ſaluſqꝫ tuis
Eſt tibi praeterea medicis ob noxia nullis
Robore ſubſiſtens prima iuuenta ſuo
Digna deo facies proceraqꝫ membra:ſeueri
Et quod amēt molles minimis inſtar habēt
Quid loquar ingenii dotes aut nobile regnum
Theſauroſqꝫ tuos:militiamqꝫ tuam:
Quae pręſtare poteſt fatum natura uel uſus:
Vnus es o princeps nactus ad inuidiam
Haec tibi ſint ut erunt ſine labe pennia caeſar
Opto tenebrarum de foueaqꝫ necis
Sed precor ut ſuperos in terris uiribus aequas
In manibuſqꝫ tuis uitaqꝫ morſqꝫ mea eſt:
Sic referas pietate deos ii parcere norunt
Nos ubi commiſſi poenituiſſe uident

Parcere ſupplicibus diuina & regia res eſt
Vtere mi caeſar cum Ioue iure tuo:
Mille modis fateor demens tua numina laeſi
Poenituit:poenas ſatqꝫ:ſuperqꝫ dedi
Officium non lenta ſuum medicina peregit
Deqꝫ meo excuſſit corpore:quidquid erat
Parce tuo princeps ſemel ictus fulmine:quis non
Perpetuo metuens illius eſſe uelit
Dum meus aetheria ueſcetur ſpiritus aura
Dum mihi quid penſi:quid rationis erit.
Cura erit una mihi tua iuſſa capeſſere caeſar
Maieſtatis ero cultor ubiqꝫ tuae
Me tua crimininibus cenſura notaſſe duobus
Viſa eſt audacem non ſtabilemqꝫ uocat
Nil auſim contra deponere ſiduo tantum
Das:nec plura mihi nec grauiora bene eſt
Vnde tamen ueniant duo crimina ſi uacat audi
Auſonidum princeps gloria prima ducum
Me ſincera fides & non uiolabile pectus
Et tria in obſequiis luſtra peracta tuis
Fidentem fecere tui:cur palleat inſons
Qui nihil admiſit pertremit ille nihil
Haec mea uis animi praeter me noxia nulli
Iam fuit in duris caſibus aura tibi
Hactenus inſtabilem fortuna miſerrima fecit
Parua domi res eſt mens animoſa mihi eſt.
Ne tibi qui puerum ornaſti ſim turpis alumnus
Nitor:honorata luce carere graue eſt

Omnia per uirtutis opus ſine crimine tento
Laus ubi nulla domi eſt. quaerit illa foris
Sed qd ego ī caſſū tenuo mea crimina demēs
Sum reus: & precib⁹ culpa piāda mihi eſt
Lęſi ego te princeps teneris īpulſus ab annis
Simplicitate nocens & leuitate mea
Et nimio armoꝝ ſtudio: cum perditus eſſem
Neſcio quo fato martis amore feri
Vnguibus ī teneris memini petulātior ęquo
Laeſi te princeps garrulitate mea
Omnia ſi numeres citius numerabis ariſtas
Sed qa fraude carent omnia parce precor
Poenitet & dolor ē mihi caeſar acerbiō omni
Supplicio: poſt hac iure probandus ero
Si me ſumme tuis genib⁹ dignabere pnceps
Supplice me nullus mitior agnus erit

AD EVNDEM PRINCIPEM.

¶ Bis tua te fecit cōiux faecunda parentem
Bis plauſus hauſi laetitiaeq; ſonos
Ex quo ꝑ tua me ꝑ publica gaudia torques
Nec lenire bonis nec ſatiare malis
Maxime dux ī te potuit qd homūtio: ſaltē
Magnanimi mecum more leonis agas
Cui ſtrauiſſe pecus: ſatis eſt: quē nobilis ira
Non agit in paruas ungue nec ore feras.

AD EVNDEM PRINCIPEM.

¶ Fertur ubi foetam Bona dux compreſſerit aluum
Arua petiturum protinus iſta ducem
Principis aduentu ſpes eſt mihi magna ſalutis
Irrita ne ſit adhuc numina poſco frequens
Qualia deſcenſu ſupremi in tartara regis
Vincla ſoluturi uota fuere patrum
Talia do ſuperis implenda fideliter & quae
Mittere relligio maxima iure foret:
Praecipuas diuina parens mea gloria partes
Spes mea certa: ſalus optima ſemper habet
Iamq; ueni princeps ſuperum comitatus amore
Dignaq; caeſaribus ora ſerena feras
Fer tecum mites animos: mentemq; benignam
Aeterniq; patris tu mihi redde uices.

PATRIS MONITVS PER NOCTVRNAM QVIETEM.

¶ Nox erat horrendo dederam mea membra cubili
Nuda quod in tetro carcere terra dabat
Forte ſopor: credo curarum mole ſubortus
Tunc oculis inerat non datus ante meis
Ecce mihi in ſomnis cari genitoris imago
Aſtitit: agnoui protinus ora patris
Ora patris ſemper noſtris in fixa medullis
Quae mihi ſyderei numinis inſtat erant:
Fortiter haec o nate tibi fortuna ferenda eſt
Inquit. in aduerſis eminet officium.

Erige te nec.n. licet hora nouiſſima uitę
Venerit. haec debet eſſe moleſta tibi
Fleri prima dies hominis nō ultīa debet
Vna mali princeps altera moeta malis
Singula diſcurras humanae tēpora uitae
Omnibus aerūnas & mala ineſſe uides
Incipe ait: primo pueri naſcētis ab ortu
Vagitus querulos primus hiatus init:
Quis ſcit an hic ploret natura ꝗppe magiſtra
Humanae duꝝ cōditionis opus
Perge: puer ſeptē paulatim creuit ad annos
Plurima quae cruciēt erudiēdus habet
Pędonomis ętas hęc lubrica paret amaris
Cui nunquā faciles imperitare ſolent:
Mox ubi ueſtiri incipiūt lanugine malae
Mille puer grauibus paret adultus heris
Rhaetoras: armoꝝ pariter moꝝqꝫ magiſtros
Cogit̄ aſſidui ferre laboris onus
Q᷑d poſtq̄ iuuenilis adeſt robuſtiō̈ ętas
Non ne ſubit certae mille pericla necis
Vulnera naufragium conuicia furta rapinas
Vim dn̄i comitū ꝓbra metumqꝫ fori
Plena domi pariterqꝫ foris ſūt mille laboꝝ
Omnia: ſeu terra ſeu uelit ire mari
Nec mora ſuſtentans tenui ſua mēbra bacillo
Aetas digna coli cana ſenecta ſubit
Q᷑s memorare queat q̊t habet mala ſeriō̈ ętas
Quotqꝫ graues morbos: taedia quanta ferat

Luminibus capit̄ quandoqꝫ nec aurib⁹ audit
Membraqꝫ longeui ſunt mutilata ſenis
Ingenio puer efficitur: tremor incutit artus
Omnibus inuiſus uel ſibi uiuit iners
Audio neſcio quem gręca de gente Sophiſtā
Haec prope diuina uos monuiſſe tuba
Mors optāda uiris obeundaqꝫ fortiter inquit
Cladibus innumeris quae ferat una modū
Eſſe dei munus mortem conſtare duobus
Fecit ab exemplis temporis ille ſui
Quos habuere deos quidam orauere: laborum
Condiderant clario bina ſacella deo
Quod foret expediens ſibi ꝓ mercede daretur
Eſt data mors illis perpetuuſqꝫ ſopor
Iuno ſacerdotes proprios argiua peremit
Vtile quid natis matre rogante dari
Quid memorē ātiquos q̊s gloria traxit inanis
Forma quibus uerae nulla ſalutis erat.
Quis numerare ualet quot ſūmi regis ab ortu
Vltro chriſtocolae ſuſtinuere mori
Vnde fit: ut magni ſint plena ſedilia caeli
Quos premit in terris tollit ad aſtra deus
Quae ſi conſpiceres rationis acumine fleres
In terris longas & quererere moras
Si te fatales producere iugiter annos
Nate iuuat: ſtabunt ſtamina: crede patri
Non eſt cur timeas licet atri carceris horror
Terreat: atque ierint tot ſine ſole dies

Quo tibi Chriſtiperae fiducia uirginis olim
Tam bona tam conſtans ſpes abiit ue fides
Erige te ſupplexq; deae pia numina poſcas
Supplicis implebit uota preceſq; tui
Deſine mortalem dextram ſperare precãdo
Prorſus ab excelſo eſt illa petenda tibi
Aſt ubi te dulcis tandem reuocarit ad auras
Mota dei genitrix ſimplicitate tua
Mota meis p̄cibꝰ quaſq; illa miſ̄rima cõiux
Noſtra tibi cumulat heu miſerãda parens
Vitam aliam: ſi patre; audis ſecteris opõtet
Terreno inſtituas uertere terga luto
Caeleſtemq; ſequi meliori pectore cultum
Liber ab humano ſtercore terra uale
Iã ſatis atq; ſuꝑ fremuit tua põpula mũdo
Pompula quae uere fumus & umbra fuit
Hoc mortale chaos ſtudio ſectatus inani
Prorſus aberraſti nec ſine morte diu
Omnia plena metu pleniſſima cũcta dolore
Omnia curarum plena fuere tibi
Affuit erranti ſemper deus optimus. ergo
Si ſapis emenda quod male ceſſit iter
Aſpice diſcuſſa paulum caligine mentis
Quot mala uitalis quãta manebat hyems.
Quare age grate deo grates ꝓ munere tanto
Quod ſupereſt omni tempore redde p̄cor:
Redde pias laudes & ſi q̄d acuminis in te eſt
Dede polo & rebus officiiſq; ſacris

Corpus & hoc patiens tot iam pro morte laborum
Pro uita facito ne male pugnet idem
Si perſtas adeo ſi te mortalia tangunt
Diuelli ut nequeas accipe iuſſa patris
Ingentes reprimas animos: faſtidit olympus
Ceruices hominum perſequiturq; deus
Cum ducis ante pedes fueris mi nate memento
Siqua tibi propriae cura ſalutis erit.
Obuolui genibus uel humi procumbere ſupplex
Addideris lachrymas ſi lachrymare potes
Non potes o priſco digniſſime tempore naſci
In quo permagni ſpiritus acer erat
Nunc illi periere animi cum uiribus illis
Si ſapis antiquos lauda: imitare nouos.
Felix ſi nunquam legiſſes facta Quiritum
Nec tibi Sfortiadum gloria uiſa foret
Te pater armorum primis armauit ab annis
Qui mihi per leges erudiendus eras
Creuit amor laudum Iuuenili in corpore creuit
Bellorum: qui te praecipitauit amor
Quantus in Imperio digreſſus ut unde reuertar
Sit tuus hic princeps immemor eſſe caue
Quam grauis & perſtans ultor faba cuditur in te
Aſpera iampridem dixeris ipſe tibi
Vnum hoc perpetuum tibi ſit ni maxima uirgo
Mota fide & ueteri relligione tua
Mota dolore meo lachrymis precibuſq; parentis
Quaſq; dat aſſiduas uirgo ſacrata Soror:

Sedula terribiles leniſſent principis aeſtus
  Pro deplorato carcere truſus erat
Aſt ubi liber eris per plana remiſſius ito
  Nec ſemper famae deditus eſſe uelis
Nulli confidas: ſub melle uenena timeto
  Noli plus aliis quam uigilare tibi
Nec te ſollicitent aliorum limina regum
  Iuſſa tui peragas qualiacunq; ducis
Hoc capiendus erit alio conamine nunquam
  Vel ſit te Aeacidae uiderit eſſe parem
Interea ne cede malis medicare dolorem
  Vt fit ab exemplo conſociiſq; mali
Temporis ut taceam cõplura recentia noſtri
  Audi maiorum crimina remq; tuam
Quot Thebae illuſtres q̊t athenae ĩ uicula ci(ues
  Roma quot ĩſignes iecit & ipſa uiros
Scipio de patria meritiſſimus exulat: exul
  Aſſereret cum te Roma Camillus erat
Cauſã in cõpedibus ꝓpriã dux inclytus egit
  Miltiades patriae tutor honoſq; ſuae
Pulſus Agenorea Polynices alter ab urbe
  Et rex & frater mutua fata tulit
Nuſquã tuta diu caput extulit ĩclyta uirtus
  Liuorem patitur flos ut amoenus apes
His dictis ingens euanuit umbra parentis
  Excitor extemplo uiſaq; mente ſequor:
Iãq; mihi e paruo patefacta foramine lux eſt
  Surgo: deae ſupplex uota preceſq; fero

Audiit orantem uirgo diuina: reuixit
  Iãmihi deficiens: ſpes animuſq; malis
Iure tuũ numen prae diuis õnibus unũ
  O mea ſeruatrix hinc uenerabor ego
At tibi me genitor tanta pietate monẽti
  Quid precer ut felix ore fruare dei.

AD PIENTIS. VIRGINEM AE DE LAVRETANA.

Hanc tibi coeloꝝ poſuit Regina tabellã:
  Teſtaturq; tuam uirgo Platinꝰ tuam
Quẽ ſpecꝰ afflixit: cui triſte Mogũtia no(mẽ
  Dat: quã lõga fuit luna q̈terna q̈
Ab inif aſſidue mõtẽ poſcebat ĩ illo(ter
  Carcere mors: illinc exitus unus erat.
Tantũ odiũ mõtale põt: ubi numina ſup(plex
  Ad tua cõfugit uota ꝑceſq; dedit
O pietas auro per compita digna notari
  O nunquam eloquio res celebrata ſatis
Cithia uix orbẽ cõpleuerat: o dea praeſẽs
  Omnibus: auxilio ſoluitur ille tuo
Nec tulit ulla foras ueſtigia carceris atri
  Corpora qui uitiat ſi minus illa necat
O uirgo ſãctoꝝ opeꝝ foecunda potenſq;
  Qui tibi ſe debet ſupplice corde rogat
Vt ſua fatalis cum uenerit hora fruatur
  Ore tui nati te duce in arce poli.

AD SANCTIS. VIRGINEM IN AEDE MOGVNTINA

Nudatis pedibus manibuſq; platinus bonuſtis
Hoc adiit templum uirginis alaribus.

AD LAVRENTIVM MEDICEM DE INTERITV IVLIANI

¶ Peccauere minus: cum foedauere ſenatum:
Telaq; caeſarea cede cruenta patres:
Q̃ parricidae: qui perfudere deorum:
Sanguine Laurenti templa uetuſta: tuo:
Germaniq; tui truncarunt corpus ad aras:
Luce magis propria qui tibi charus erat.
Hi uos incautos armis petiere nephandis:
Vt uiduam geminis opprimerent patriam.
Tu patriae ſeruatae pater: polluce perempto.
Ille tibi Pollux: tu ſibi chaſtor eras.
Viue tuum: fraterq; tuus quod debuit: euum:
Secula qui tecum uiuere dignus erat.
Interea uenient nati: uenientq; nepotes:
Suſtineant medices qui decus omne domus:
In quibus: ut phenix: renouabere: quod tua uirtus:
Et populi pietas officioſa tui:
Et pia praeſtabunt debentia numina donis
Patres auiq; tui: muneribuſq; tuis.
FINIS.

¶ Compendium perclarum

ad introductiōem iuuenum in facultate Logice per clarum Artium doctorem ac Theologie profeſſorem Magiſtrum Paulum pergulenſem nuperrime compilatum quam fauſtiſſime incipit.

OMnes q aliquid memoria dignum ſuis poſteris reliq̃runt: aut magnitudine aut diſpoſitione preclarum aliq̃d ediderūt. Cūq; per tot florentiſſima ingenia ī vnaquaq; artiū res ipſe digeſte ad ſūmū ſue magnitudinis fere p̄uenerit: nihil mihi aut q̃ pauciſſimū noue īuētiōis ī reb' ipſis ſupereſſe perſpexi: niſi iocūda quadam diſpoſitōne omnia logice precepta adeo faciliter ante oculos omnium ſtudētium configurando p̄ſcribere: vt ſenſus pariter et intellectus firmā quadam imagine facilitatem et memoriam oībus p̄ſe ferrent. Qua in re illud auſus experimento permittere: vt longe amplius per menſem ſtudētes erudiri hoc ordine valeant: q̃ ſi per triplum aliter inſudauerint. Et ne longius a propoſito noſtra progrediatur oratio ad ſeriem noſtram accedo: dummodo emulos ſi qui fuerint premonuerim: ne ante me mordeant q̃ huius rei vberrimum fructum intelligāt: et poſteris noſtris viam facilitatis non precludant: ſed potius bonis artibus iter latiſſimum prebeant. nihil enim perſcripſi vſq; ad minimum iota q̃ non certa aliqua ratione confecerim: vt vtilitati ſtudentium moderatiſſima breuitate proficerem. ¶ Uniuerſum autem opus. vii. tractatibus neceſſariis conficitur: Primus ſummulis. Secundus ſuppoſitionibus. Tertius terminorum probationibus. Quartus cōſeq̄ntiis Quintus obligationibus. Sextus inſolubilibus. Septimus ſūmularum ſuppoſitionum et conſequentiarum obiectionibus deſignabitur: deo mihi ſemper et vobis fauente. qui omnibus prebat gratiā affluenter: modo ad dei laudem omnia vota noſtra procedant: et ad gloriam et honorem.

TRanſcendentia ſunt ſex videlicet Ens Aliquid Unum Bonum Uerum et Res. Et dicunt̄ trāſcendentia: quia in ſe omnia includunt: et de omnibus verificantur.
¶ Predicamenta ſunt decē ſcilicet ſubſtātia q̃titas qualitas relatio actio paſſio ſit' ſiue poſitio hitus vbi et q̃do

De predicamento ſubſtantie



2 De quantitate.

¶ Genus	Qantitas		Generaliſſimū
Genera	Continua	Diſcreta	ſubal.

Spēs	Linea ſupficies corpus locus tempus		Binariꝰ 3ꝰ 4ꝰ ꝛc̄.		ſpe.
Indiuidua	Iſte	iſta	iſtud	ille illa	illud

- Quantitas cōtinua eſt cuius ptes copulāt̄ ad aliquē cōem terminū
- Quātitas diſcreta ē cuius ptes n̄ copulāt̄ ad aliquē cōem t̄minum

Linea ē q̄titas lōga ſine latitudine ꝛ profunditate· cuiꝰ extrema ſūt ii. pūcta

Supficies eſt quātitas longa ꝛ lata ſine pfunditate

Corpus eſt quātitas longa ꝛ lata ꝛ pfunda.

Locus eſt vltima ſupficies corporis ambientis locatum.

Tēpus ē duratio ſucceſſiua Numerus ē multitudo ex vni/tatibus aggregata. Unitas n̄ ē numerus ſed principiū numeri.

¶ Genus	3 Qualitas				generaliſſimū
Habitus vel diſpoſitio	nālis potētia	vel ipoⁿ	3 paſſio	vel paſſibilis q̄litas	forma vel circa aliqd cōſtās figura
grāmatica:	itellectꝰ:	mollicies	amoroſꝰ	lumē	circulꝰ
logica	memoria	obligtas	odioſus	lux	monāgulꝰ
phīa	volūtas	debilitas	iuidus	color	biāgulus
theoᵃ	viſus		audax	ſonus	triāgulus
virtus	auditus		iracundus	odor	q̄drāgulꝰ
vitium	odoratus			fetor	pētāgulꝰ
	guſtus			ſapor	
	tactus			caliditas	
Indiuidua	Iſte	iſta	iſtud	vel	Hic hec hoc

Habitus eſt qualitas de difficili mobilis a ſuo ſubiecto

Diſpoſitio eſt qualitas de facili mobilis a ſuo ſubiecto.

Naturalis potētia ē q̄litas q̄ naturalit̄ aliqd agē vel pati ſumꝰ idōei

Naturalis ipotētia ē q̄litas q̄ naturalit̄ aliqd agē vel pati iepti ſumꝰ

Paſſio ē q̄litas q̄ iclinamur ad aliquē actū appetitus ſenſitiui.

Paſſibilis qualitas ē qualitas ſenſibilis aliquo ſenſu.

Forma vel figura eſt qualitas termino vel terminis clauſa.

¶ Genus	4 Relatio vel ad aliqd			generaliſſimum.
Genera	equipcrātia	ſrpoſitio	ſuppoſitio	ſubal.
Spēs	ſimilitudo	paternitas	filiatio	ſpecialis
	fraternitas	dominiū	ſeruitus	
	amicitia	maioritas	minoritas.	
Indiuidua	Iſte iſta iſtud	vel	Hic	hec hoc

¶ Genus		9. Agere	¶ 5. Pati			generaliſſimū
Generare	corrūpere	augere	minuere	alterare		ſm locū mutare
hominē	leonem	ī longū	pfūdū.	frigefacere	ſurſū	retrorſū
				calefacere	deorſū	dextror
				būectare	ſū antrorſū	ſini/
				ſiccare		ſtrorſū.

Indiuidua hunc ſic ſic ſic
Generatio eſt mutatio de non eſſe ad eſſe.
Corruptio eſt mutatio de eſſe ad non eſſe
Augmentatio eſt mutatio de minori ad maiorem quantitatem
Diminutio eſt mutatio de maiori ad minorem quantitatem
Alteratio eſt mutatio de qualitate in qualitatem.
Secundum locum mutatio eſt progreſſus de loco ad locum.

De ſitu vel poſitione.

Genus		Situs uel poſitio		generaliſſimum
Genera	ſtare	iacere	ſedere	ſubalterna
Species	ſic	ſic	ſic	ſpecialiſſime.
Indiuidua	hoc	hoc	hoc	

De habitu.

Genus		Habitus		Generaliſſimum.
Genera	veſtit⁹	coronat⁹	cinat⁹	ſubalterna:
Species	ſic	ſic	ſic	ſpecialiſſime:
Indiuidua	hic	hec	hoc	

De quando

Genus		Quando		generaliſſimum
Genera	in eternitate	in euo	in tempore	ſubalterna
Species			in anno.	ſpecialiſſ.
Indiuidua	tunc vel	ille	illa illud	in die.

De Ubi.

Genus		Ubi	generaliſſimū
Genera	In loco	In ſpacio	ſubalterna
Species	In orario	In campo	ſpecialiſſ.
Indiuidua	Hic hec	hoc hic vel ibi	

De diffinitione.

Diffinitum | Diffi ni ti o.
Homo eſt animal rationale differentia ad differētiā brutorum.
genus: quia omnis homo eſt animal et nō ecōuerſo.
Diffinitio et diffinitum conuertuntur.
Omnis bona diffinitio conſtat ex genere et dr̄ia uel differentiis.

De terminis



Diffinitū / Terminus | diffinitio / dr̄a ad dr̄am digitorū eſt ps orōnis ꝓpinq· differentia ad dr̄am genus: q2 oīs t̄minus ē ps ꝛ n̄ eo⁹ rōnis lraꝝ

Diffinitū / Terminus | Diffini ē ſignū | orōnis coſtitutiuū | vt pars ꝓpinq eiuſdem· genus: q2 oīs t̄minus· dr̄ia ad dr̄iam· dr̄ia ad dr̄iam ē ſignū ꝛ n̄ eo⁹ picturaꝝ· lraꝝ vel ſyllabaꝝ

De diuiſione terminorum

Terminus

Incomplexus eſt ſola dictio: vt ly homo | Complexus eſt oratio: vt homo albus homo currit

Incomplexus

Per ſe ſignificatiuus eſt qui tam per ſe q̄ȝ cum alio poſitus habet ſignificatum: vt homo. | Nō p ſe ſignificatiu⁹ ē qui per ſe poſitus nihil ſignificat: vt omnis nullus

Per ſe ſignificatiuus.

Cathegorematicus vel diſtinctus eſt qui taȝ per ſe q̄ȝ cū alio poſitus habet ſignificatum ꝓpriū ꝛ determinatū: vt homo | Indiſtinctus eſt qui tā per ſe q̄ȝ cum alio poſitus habet ſignificatum ſȝ indeterminatum: vt album

Non per ſe ſignificatiuus

Sincathegorematicus eſt q nec p ſe nec cū alio poſitus aliqd ſignificat: ſȝ habet tm̄ officium: vt omnis nullus. | Depēdēs ē q p ſe poſitus nihil ſignificat ſȝ cum alio vt relatiua ꝛ ꝓnoia dēmōſtratiua q̄ ex demōſtratione ꝛ relatiōe hn̄t ſignificatum

Terminus

Uniuocus ē termin⁹ ſimplex plura ſignificans vno noīe ꝛ eadem rōne: hō aīal rōnale / nomen ratio. | Equocus ē t̄min⁹ ſimplex plura ſignificās vno noīe· ſȝ diuerſis rōnibus vt canis: ſtel. piſ. latrabile / nomen rōnes. a vel .b.

Uniuocus

Genus | Spēs | Differentia | Proprium | Accidens

Eſt terminus vniuocus p̄dicabilis de pluribus

In quid | Inquale | Accidentaliter

Differētibus ſpē ut aīal p̄dicat̄ de homīe ⁊ aſino. | Differētibus numero ſolū ut hō p̄t de ſor. ⁊ pla. | Eſſētialiter ut rōle p̄t eēntialit̄ d homine | Cōuertibiliter ut riſibile p̄t de homine | Non ꝯuertibiliter ut album p̄t d hoīe

¶ Genus ⁊c.

Generaliſſimū eſt terminus q ſic eſt genus qđ non pōt eſſe ſpēs | Subalternū ē t̄minus q ſic eſt genus quod poteſt eſſe ſpecies

¶ Species ⁊c.

Specialiſſima eſt terminus q ſic eſt ſpecies quod non poteſt eſſe genus | Subalterna eſt terminus qui ſic ē ſpēs qđ p̄t eſſe genus

¶ Predicatio ⁊c.

Eſſentialis | Accidentalis

G | D | S | P | A

¶ Predicatio ⁊c.

Directa quando ſuperius p̄dicatur de ſuo inferiori: ut homo eſt animal | Indirecta ē qñ inferius p̄dicatur de ſuperiori: ut animal eſt homo

¶ Terminus ⁊c.

Naturaliter ſignificatiuus ē q apđ oēs ē eiuſdē rei rep̄ntatiuus vt ſimilitudo leonis ⁊ hominis in mente | Ad placitū ſignificatiu⁹ ē q apđ oēs ñ eſt eiuſdē rei rep̄ntatiu⁹: vt hō vocalis vel ſcriptus: ⁊ aīal.

Terminus

Prime eſt t̄minus ſignificās rē q̄ ñ ē terminus: vt ly hō: ⁊ dato ꝙ eēt ſignificās rē q̄ ē t̄minus: vt ly ens dūmō ſignificat rē q̄ ñ ē terminus adhuc ē prime ſic ſūt oīa trāſcēdētia. | Secūde ē que ſignificat ſolum terminum

Terminus

Prime | Scđe

Intentionis ſi ſūt in anima vt deus āgelus celū hō | Impoſitiōis ſi ſūt i voce vel i ſcriptura roſa idē termi | Intentionis ſi ſūt i aīa vt nomē vbū | Impoſitiōis ſi ſūt i voce vel i ſcriptura t̄minus gñs dc̄s

¶ Terminus

Finitus vt homo animal | Infinitus vt non-homo.

Terminus

Poſitiuus vt viſus auditus | Priuatiuus vt cecus ſurd⁹

Terminus

Cōis ē q plura ſignificat vt hō | Diſcretus ē q vnū vt ſor.

¶ De nomine

Diffinitū Diffinitio dr̄ia: q2 oīs ⁊ nullus nō ſūt noīa ſʒ ꝯnoīa.

Nomē ē t̄min⁹ ſignificatiu⁹ ſine tp̄e cuius nulla ps aliqđ ſignificat ſepa
genus | dr̄ia pp verbum | dr̄ia pp orōnē cuius ptes ſignificant ſepate

Diffinitū dr̄ia pp hec verba incipit deſit

Uerbū ē t̄min⁹ tp̄alit̄ ſignificatiu⁹ c⁹ nulla ps ſignificat ſepata ⁊ extre
genus dr̄ia pp nomē dr̄ia pp orōnē | dr̄ia pp pticipiū

De oratione

¶ Orō eſt terminus ſignificatiuus cuius aliq̄ ps ſignificat ſpata:
genus | dr̄ia | dr̄ia pp̄ter nomē ⁊ v̄bum

Orationum

Perfecta ē illa q̄ generat pfectū ſenſū i aīmo auditoris. | Impfecta ē q impfectum ſēſū generat i aīo auditoris

Perfecta quadruplex

Indicatiua | Imperatiua | Optatiua | Subiunctiua

Imperfecta duplex.

Coniunctiua	Infinitiua.

De ꝓpoſitione.

Propoſitio eſt oratio indicatiua verum vel falſum ſignificans genus qꝛ oīs ꝓpō ē orō. drīa qꝛ ſola orō indicatiua eſt ꝓpō. drīa pp alias ſoꝛ. icipit

Propoſitionum.

Cathegorica ē q̄ hꝫ ſubiectū copulā ꝛ pdicatū ꝑncipales ptes ſui ad drīam ypothetice ſubiectū copula ptū	Ypothetica eſt q̄ habet plures ꝓpōes īuicē ꝯiūctas p notā cōiunctionis

Copula ē ſū es eſt. vt deus eſt ſapiens.
Subiectum ē illud de quo alterum dicit̄.
Predicatum eſt illud quod de altero dicit̄.

Cathegoricarū.

Affirmatiua eſt illa in qua principale verbum affirmatur	Negatiua eſt illa in qua pricipale verbū negatur

Exēplū affirmatiū Hō ē deus. hō ē nullus aſinus. hō q ē aīal
exēplū negatiuum ē ſubſtā. Hō ñ ē capra. hō q ē aſinus nō eſt
aīal. Hō ē aſin⁹ ſignificat primarie ꝛ adeq̄te hoīeꝫ eē aſinū. ſecundarie ſignificat multa uera: vt hoīeꝫ eē ſubſtātiā ꝛ hoīem eſſe corpus.

Propoſitio vera eſt illa cuius primariū ſignificatū ꝛ adequatum eſt verum. vt homo eſt animal: hoīem eſſe animal eſt uerum ſig. ꝛc.

Propoſitio falſa eſt illa cuius primariū ſignificatum ꝛ adequatū eſt falſū: ut homo ē aſinus: hominē eſſe aſinum ꝛc.

Propoſitio poſſibilis eſt illa cuius primarium ſignificatū ꝛ adequatum eſt poſſibile: ut homo ē papa: hominem eē papā.

Propoſitio impoſſibilis eſt cuius primarium ſignificatū ꝛ adeq̄tū eſt impoſſibile: ut homo ē capra: hominem eſſe capram ꝛc.

Propoſitio contingens ē cuius primariū ſignificatum ꝛ adeq̄tū ē contingens. ut homo ē albus: hominē eſſe album ꝛc.

Propoſitio neceſſaria eſt cuius primarium ſignificatum ꝛ adeq̄tum eſt neceſſarium: ut deus eſt: deum eſſe ꝛc.

Cathegoricarū.

Quanta	Non quanta	Exempla:
Uniuerſalis	Excluſiua	Tātū hō currit.
Particularis	Exceptiua	oīs hō pt̄ ſoꝛtē currit.
Indefinita	modalis d ſēſu ꝯpoſito	neceſſario oīs hō cur.
Singularis	Ablatiuus in ꝯñia	ſole oriente fit dies.

Propō vniuerſalis ē i q̄ ſubiicit̄ t̄i⁹ cōis ſigno uniuerſali ꝺterminat⁹.
Particularis ē i q̄ ſubiicit̄ termin⁹ cōis ſigno pticulari ꝺterminat⁹.
Indefinita eſt i qua ſubiicit̄ terminus cōmunis ſine aliquo ſigno.
Singularis ē i q̄ ſubiicit̄ t̄min⁹ diſcret⁹ uel t̄min⁹ cōis cū ꝓnomie demōſtratiuo ſingularis numeri determinat⁹. Exēpla. Oīs homo currit. aliqs hō currit. hō currit. Soꝛ. currit. uel iſte hō currit.

Que ca: uel yp: qualis ne. uel af/v. quāta par. in ſin.

Modi ſunt ſex.

Poſſibile	īpoſſibile	neceſſariū	cōtingens	uerum	falſum
poteſt	nō pōt	opoꝛtet	cōtingit	ita ē	nō ita ē
poſſibiliter	īpoſſibilit̄	neceſſario	cōtingenter	uere	falſe

Propoſitionum.

Modalis ē i q̄ ponit̄ modus ut neceſſario deus eſt.	De ineſſe ē i q̄ nō ponitur modus. ut homo eſt aīal.

Propō modalis de ſēſu diuiſio ē i q̄ modus mediat inter partes dicti: ut homo neceſſario eſt animal.

Propō modalis de ſēſu cōpoſito ē i q̄ mod⁹ p̄cedit uel ſubſeq̄t totaliter dc̄m: ut neceſſario hō ē aīal: uel hō ē aīal neceſſario.



In neutro genere

Omne lumen est clarum — Nullum lumen est clarum

Aliquod lumen est clarum — Aliqđ lumen est nō clarū

In obliquis

Cuiuslibet hoīs interest loq — Nulli⁹ hominis iterest loq

Alicuius hoīs interest loqui — Alicuj⁹ hoīs nō iterest loq

In feminino genere

Quelibet stella lucet — Nulla stella lucet.

Aliqua stella lucet. — Aliqua stella non lucet

In communi

Omnis uirgo ridet — Nulla res que ē ꝩgo ridet

Aliqđ quod est uirgo ridet — Aliqđ qđ ē uirgo nō ridet

In obliquis

Cuilibet homini parco — Nulli homini parco.

Alicui homini parco — Alicui homini non parco.

Et sic in omni casu ꝛ numero excepto uocatiuo in quo fieri nō pōt ex defectu dicti casus.

De subiecto tantum infinito

Omne non bonum ē malum — Nullum non bonū ē malū

Aliqđ non bonum ē malum — Aliqđ nō bonū nō ē malū

De predicato tm̄ infinito.

Omne iustum ē non malum — Nullum iustū ē nō malū.

Aliqđ iustum est nō malum — Aliqđ iustū nō ē nō malū

De subiecto et predicato īfinito.

Omne nō bonum ē nō iustū — Nullū nō bonū ē nō iustū

Aliqđ nō bonū est nō iustū — Aliqđ n̄ bonū nō ē n̄iustū

De sensu diuiso

Quilibet homo potest mori. — Nullus homo potest mori

Aliquis homo potest mori — Aliqs homo nō pōt mori

De sensu cōposito.

Necesse est deum esse — Impossibile est deum esse

Possibile est deum esse — Possibile est deū nō esse.

Affirmat a negat e sed uniuersaliter ambe.
Affirmat i negat o sed particulariter ambo.



Uniuersalis affirmatiua ꝛ uniuersalis negatiua đ cōsimilib⁹ subiectis p̄dicatis ꝛ copul. supponētib⁹ p̄cise ꝑ codē uel ꝑ eisdē: sūt ꝯrie.

Uniuersalis affirmatiua ꝛ ꝑticularis affirmatiua đ ꝯsimilib⁹ subiectis p̄tis ꝛ copul. supponētib⁹ p̄cise ꝑ codē uel ꝑ eisdē: sūt subaltne.

Uniuersalis negatiua ꝛ ꝑticularis negatiua đ cōsimilib⁹ subiectis p̄tis ꝛ copulis supponētibus p̄cise ꝑ codē uel ꝑ eisdē sūt subaltne.

Uniuersalis negatiua ꝛ ꝑticularis affirmatiua de cōsimilib⁹ subiectis p̄tis ꝛ copulis supponentib⁹ p̄cise ꝑ codē uel ꝑ eisdē sūt ꝯdictorie.

Particularis affirmatiua ꝛ ꝑticularis negatiua de ꝯsimilib⁹ subiectis p̄tis ꝛ copulis supponētib⁹ p̄cise ꝑ codē uel eisdē sūt subcōtrarie.

Sortes currit-	Sortes non currit.
Tantum homo currit-	nõ tantum homo currit.
Ois homo pter sor. currit-	nõ ois hõ pter sor. currit.
Oi hoie currente tu es asinus-	nõ oi hoie currẽte tu es asinus.

Et hec de figuris cathegoricarũ dicta sufficiãt.

De equipollentiis

Pre contradic. post contra. pre post q3 subalter.

Negatio pposita facit eqpolere suo contradictorio	Negatio postposita facit equipolere suo cõtrario	Negatio preposita & postposita facit eqpolere suo subalterno.

Quilibet homo currit	Nullus homo currit
nullus homo non currit	quilibet homo non currit
nõ aliqs homo nõ currit	non aliquis homo currit
nõ aliquis homo nõ currit	nõ aliquis homo nõ nõ currit

Aliquis homo currit	Aliquis homo non currit
non nullus homo currit	non quilibet homo currit
nõ quilibet hõ non currit	non nullus homo non currit
aliquis hõ non nõ currit	aliquis homo non currit.

Necesse est deum esse	Impossibile est deum esse
impossibile est deũ nõ ee	necesse est deum non esse.
nõ possibile ẽ deũ nõ esse	non possibile est deum esse
ñ possibile est deũ ñ esse	non possibile est deũ non nõ ee

Possibile est deum ee	possibile est deum non esse
nõ necesse ẽ deũ non esse	non necesse est deum esse
non impossibile ẽ deum ee	nõ impossibile est deũ nõ esse
possibile est deũ nõ ñ ee	possibile est deũ non esse.

De equipollentiis dicta sufficiant.

De conuersionibus.

Cõuersio est trãspositio subiecti i pdcatũ & econuerso: ut hõ ẽ aial aial est hõ & prima cõuersa: secũda cõuertens dicitur.

Conuersio.

Simplex — per accidens — per 9positionem

Conuersio simplex est transpositio subiecti in predicatũ & econuerso manente eadem quantitate & qualitate.

Cõuersio per accñs ẽ trãspositio subiecti in predicatum & ecõuerso manente eadẽ qualitate sed mutata quantitate.

Conuersio p 9positionẽ ẽ trãspositio subiecti i pdicatũ & ecõuerso manẽte eadem quantitate & qlitate: sed mutatis terminis finitis in terminos ifinitos & ecõuerso. Feci simpliciter conuertitur eua p acci. Asto per contra. sic fit conuersio tota.

1. Feci simplicit.	Nullus hõ ẽ ãgelus.	Nullus angelus ẽ homo
	aliquis hõ est ãgelus	aliquis angelus est homo
2. Eua p acci.	Nullus hõ ẽ asinus	quidam asinus nõ est hõ
	Ois hõ ẽ aial	aliquod animal est homo
3. Asto. per 9	Ois hõ ẽ aial	omne non animal ẽ nõ hõ
	Aliqs hõ nõ ẽ aial	aliquod nõ aial nõ ẽ ñ hõ

De conuersione i obliquis.

In obliquis casibus primo reducas ad rectum deinde cõuertas: ut animam meã tedet uite mee. reducas hoc modo: anima mea est illa res quam tedet uite mee: & tunc conuerte sic: res quam tedet uite mee est anima mea. Et nota q quando rectus precedit cum obliquo dependente ab eo tunc totum aggregatũ ex recto & obliquo est subiectum, cum vero obliquus precedit tunc solũ obliquus ẽ subiectum: exẽplũ primi: asinus hominis currit. exẽplũ secundi: hominis asinus currit: ly asinus hominis in primo ẽ subiectum. in secundo ly hois tm. De conuersionibus dicta sufficiant.

De ypotheticis.

Ypothetica est oratio i qua coniũgũtur plures ppones cathegorice per notam coniunctionis, & sunt tres spẽs principales. s. conditionalis copulatiua disiunctiua.

De ypothetica conditionali.

Conditionalis est oratio i qua cõiũgũtur plures ppones cathegorice per notam conditionis: ut si deus est: prima cã est.

Conditionalis.

Affirmatiua ẽ i q nota 9ditiõis affirmatur: ut si hõ currit hõ mouetur	Negatiua ẽ i qua nota cõditionis negatur: ut non si homo currit homo mouetur.

Conditionalis.

Uera ẽ qñ 9dictoriũ 9ñtis	Falsa est qñ 9dictorium 9ñtis

repugnet añti: ut ſi tu curris tu moueris: q2 iſta non ſtant ſimul: tu curris ꝛ nõ moueris.

nõ repugnãt añcedẽti: ut ſi tu curris tu es albus: quia ſtat te currere ꝛ non eſſe album:

Nota ꝙ oĩs conditionalis vera eſt neceſſaria. ꝛ oĩs falſa eſt impoſſibilis: ꝛ nulla eſt que ſit contingens.

De ypothetica copulatiua:

Copulatiua eſt orõ in qua coniunguntur plures ꝓpoſitiões cathegorice p notã copulatiõis: ut tu es hõ ꝛ tu es animal.

Copulatiua

Affirmatiua ẽ in qua nota copulatiõis affirmatur: vt homo currit ꝛ homo mouetur.

Negatiua eſt in qua nota copulationis negatur: vt nõ tu es homo ꝛ tu es animal.

Copulatiua

Uera ẽ qñ q̃libet ps ẽ uera vt deus eſt ꝛ homo eſt aial.

Falſa ẽ qñ q̃libꝫ ps uel una eſt falſa: vt tu es hõ ꝛ tu es aſinus.

Copulatiua

Poſſibilis eſt qñ quelibet ps ẽ poſſibilis. ꝛ vna alt̃i ñ repugnat ſeu ñ ẽ icõpoſibilis: ut tu es homo ꝛ tu es papa

Impoſſibilis ẽ iſta ad quã ſufficit vnã ptẽ eẽ ipoſſibilẽ: ut deꝰ ẽ ꝛ hõ eſt aſinus: uel unã alt̃i icõpoſſibilẽ: ut homo currit ꝛ nõ mouetur

Copulatiua

Neceſſaria ẽ cuius q̃libꝫ ps eſt neceſſaria: ut deus ẽ ꝛ homo eſt animal

Cõtigẽs ẽ illa ad quã ſufficit vnã ptẽ eẽ ɔtigentẽ et alterã alteri nõ repugnãtẽ vt tu ſedes ꝛ loqueris

De diſiunctiua

Diſiunctiua ẽ orõ in q̃ coniũgũtur plures cathegorice per notam diſiunctiõis: ut tu es homo uel tu es aſinus.

Diſiũctiua.

Affirmatiua ẽ in qua nota diſiunctionis affirmatur: vt homo eſt vel aĩal eſt

Negatiua ẽ i qua nota diſiunctionis negatur: vt non tu es homo uel tu es aĩal.

Diſiunctiua.

Uera eſt ad quam ſufficit vnam partem eſſe veram: ut deus eſt vel homo eſt aſinus

Falſa eſt qñ vtraqꝫ pars eſt falſa: ut deus non ẽ uel homo eſt capra.

Diſiunctiua

Poſſibilis ẽ qñ q̃lꝫ ps uel vna ad minus ẽ poſſibilis: ut homo currit uel hõ ẽ aſinus

Impoſſibilis ẽ qñ q̃lꝫ ps ẽ ipoſſibilis: vt deus non eſt vel homo eſt aſinus.

Diſiunctiua

Neceſſaria ẽ qñ q̃lꝫ ps vel vna ẽ neceſſaria vel vna ɔ̃dicit alteri: ut deus eſt: uel tu curris ꝛ tu es vel tu non es.

Cõtigẽs ẽ qñ q̃lꝫ ps ẽ cõtigẽs ꝛ nulla alteri repugnat nec ɔ̃dictoꝰ priũ repugnãt. vt tu es albꝰ uel tu es papa

Nota ꝙ copulatiua ꝛ diſiunctiua de partibꝰ cõtradictoꝛiis ɔ̃dicũt. ut tu curris ꝛ nõ moueris: tu nõ curris uel moueris.

Duoꝛũ ɔ̃dictoꝛioꝛũ ſi vnũ ẽ neceſſariũ reliquũ ẽ ipoſſibile ꝛ eɔ̃.

Tu curris ꝛ non moueris	Impoſſibilis
Tu nõ curris uel moueris	Neceſſaria

Duoꝛum cõtradictoꝛioꝛũ ſi vnũ ẽ contingens ꝛ reliquũ.

Tu non curris ꝛ moueris	Contingens
Tu curris uel ñ moueris	Contingens

De Sylogiſmo.

Sylogiſmus eſt orõ i qua quibuſdã poſitis ꝛ cõceſſis per ea que poſita ſunt ꝛ conceſſa neceſſe eſt aliud euenire: ut

			maioꝛ extremitas
Premiſſe anteccedentes concluſionem		Omnis homo eſt animal	Maioꝛ ꝓpõ
	minoꝛ extremitas	medium	
		Sortes eſt homo	Minoꝛ ꝓpõ
Concluſio		Ergo Sortes eſt animal.	

Omnis ſilogiſmus conſtat ex tribus terminis tantum.

Concluſio

Recta eſt qñ maioꝛ extremitas ꝓtur de minoꝛi i cõclõe

Indirecta ẽ qñ mĩoꝛ extremitas ꝓtur de maioꝛi i ɔclõe

De figura.

Figura eſt debita diſpoſitio terminorū q̄ pͥncipaliter fit penes medium & ſunt tres figure. Unde ver.

Sub. pre. prima, Bis pre. ſcḋa. Tertia bis. ſub.

De modis prime figure directe concludētibus.

1 Barbara
Omne eternum eſt imortale
Omne infinitum eſt eternum:
ergo Omne infinitum eſt imortale

2 Celarent
Nullum finitum eſt infinitum
Omne creatum eſt finitum:
ergo Nullum creatum eſt infinitum.

3 Darii
Omne creatum eſt dependens
Celum eſt creatum
ergo Celum eſt dependens

4 Ferio
Nullū depēdens eſt propter ſe
Homo eſt dependens
ergo Homo non eſt ꝓpter ſe

De modis prime figure indirecte concludentibus.

Baralipton
Omne ſterile eſt infructuoſum
Omnis mula eſt ſterilis
ergo Infructuoſum eſt mula

Celantes
Nullum lucidū eſt obſcurū
Omnis ſtella eſt lucida
ergo Nullum obſcurū ē ſtella

Dabitis
Omnis pulchritudo eſt delectabilis
Formoſitas eſt pulchritudo
ergo Delectabilis eſt formoſitas

Fapeſmo
Omne dulce ē ſuaue
Nullum amarum eſt dulce
ergo Suaue non eſt amarum

Friſeſomorum
Aliquis ſtudens eſt acutus
Nullus idiota eſt ſtudens
ergo Acutus non eſt idiota

De modis ſecunde figure.

6 Ceſare
Nulla femina eſt ſtabilis:
Omnis conſtans eſt ſtabilis.
g° Nullum conſtans eſt femina

7 Cameſtres
Omnis beatus eſt contentus
Nullus viator eſt contentus.
g° Nullus viator eſt beatus.

8 Feſtino
Nulla virtus eſt ſine labore
Leticia eſt ſine labore
g° Leticia non eſt virtus.

Baroco
Omne ſapiens eſt intellectiuum
Aliquod brutum non eſt intellectiuū:
g° Aliquod brutum non eſt ſapiens

In ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequitur

De modis tertie figure.

1 Darapti
Omnis fidelis eſt conſtans.
Omnis fidelis eſt fortis.
g° Fortis eſt conſtans

2 Felapton
Nulla bonitas eſt maligna:
Omnis bonitas eſt deſideranda.
g° Deſiderandum non eſt malignum.

3 Diſamis
Filius eſt genitus
Omnis filius eſt imago.
g° Imago eſt genita.

4 Datiſi
Omne viuens eſt delectabile:
Viuens eſt exiſtens.
g° Exiſtens eſt delectabile

5 Bocardo
Aliqua pena non eſt iuſta:
Omnis pena eſt dolor.
g° Dolor non eſt iuſtus.

6 Feriſon
Nullum dubium eſt ſcitum:
Dubium eſt contradictorium.

Fon g° Contradictorium nõ eſt ſcitum:
Ex puris particularibus nihil ſequitur.
Ex puris negatiuis nihil ſequitur.
Verſus declarãtes viam reducendi ſilogiſmos ad q̃ttuor primos modos p̃me figure. ¶ S. ſiplicicer verti vult. S. P. vero p acci. ¶ M. vult trãſponi. C. per impoſſibile duci. Et hec de ſũmulis dicta ſufficiant.

p. 2

Tractatus de ſuppoſitionibus ſecundus.

¶ Suppoſitio ẽ acceptio t̃mini i ꝓpõne ꝓ aliquo vel ꝓ aliquibus:

Suppoſitionum.

Perſonalis ẽ acceptio t̃mini i ꝓpõe ꝓ ſuo pſonali ſignific°

Materialis ẽ acceptio termni i ꝓpõe ꝓ ſuo mat̃iali ſignific°

Significatum.

Perſonale ẽ q̃d aliqs t̃minus ſignificat ꝓ quo vel de ꝓnoĩe demõſtrãte illud põt affirmatiue verificari ſine ſigno materiali. ut ſortes eſt homo

Mat̃iale ẽ ꝙ aliqs t̃minus ſignificat ꝓ q̃ vel d̃ ꝓnoĩe d̃mrãte illud nõ põt affirmatiue verificari ſine ſigno mat̃iali: ut iſte terminus homo eſt ly homo.

Significata perſonalia.

Sortes plato hoc
Eſt homo

Significata materialia.

Iſta dictio hõ. Iſte t̃i° hõ: hoc
Eſt ly homo

Terminorum aliqs h̃z.

Unum ſignificatum
Terminus h̃ns vnũ ſignificatum eſt de ſeipſo verificabilis tam cum ly q̃z ſine ly.

Duo ſignificata.
Terminus h̃ns duo ſignificata nõ ẽ verificabilis niſi cũ ly ly ex vtraq̃ pte extremi

Prime

Unum	Duo
Ens	Deus
Aliquid	ãgelus
Verum	homo
Bonum	celum
Intellegibile	ſol

Secunde.

Unum	Duo.
Terminus	Oratio.
ſignum	ſyllaba
dictio	propoſitio
nomen	album
nt̃us caſus	gt̃us
Qualitas	luna
ꝓnomen	ſtella.

¶ Prima regula

Omnis terminus habens vnũ ſolũ ſignificatũ ẽ ſolũ perſõaliter ſupponibilis. vt ens ẽ ly ens: vtrũqz ens ſupponit pſonaliter.

Secũda regula

Omnis terminus habẽs duo ſignificata. ſi ſibi additur ſignũ materiale ſupponit materialit̃: ſi pſonale pſonalit̃: vt ly de° ẽ aliqs de° p̃mũ ſupponit materialiter. ſc̃d̃z pſonalit̃.

Tertia regula.

Cuiuſcũqz ꝓpõnis extrema ſi ſint t̃mini prime tã ſubiectũ q̃z p̃tũ ſupponit perſonaliter. ⁊ hoc niſi addatur ſignũ materiale. vt dictum ẽ in ſecunda regula.

Quarta regula.

Cuiuſcunqz ꝓpõnis ſi ſubiectũ ſit p̃me p̃tũ ſc̃de. ſubiectũ ſupponit materialit̃ p̃tũ pſonalit̃: vt hõ ẽ dictio duab° cõditiõib° obſeruatis primũ ꝙ ſubiectũ h̃eat duo ſignificata: q2 ſi h̃eret ſolũ vnum ſtaret perſonaliter per p̃mã regulã: vt ens eſt terminus. ſecunda ꝙ ſubiecto non addatur ſignũ pſonale: q2 tũc ſtaret perſonaliter per regulã antiquã. Talia ſunt ſubiecta q̃lia permittunt eorum predicata: vt nõ hõ ẽ dictio ly hõ ſupponit perſonaliter.

Quinta regula.

Cuiuſcũqz propõnis ſi ſubiectũ ẽ ſecũde p̃tũ p̃me tã ſubiectum q̃z p̃tũ ſupponit perſonaliter: niſi p̃to addatur ſignũ materiale: vt dictio eſt homo ſupponit ly homo perſonaliter: ſed dicẽdo dictio eſt ly homo ſupponit ly homo materialiter.

Tu ſcis alterum iſtorū eē verum demonſtratis duobus cōtradictoriis tibi dubiis: ⁊ tamen neutrū illorū ſcis eſſe verum: ſimiliter ſor. ſcio eē coram me: ⁊ tamen neſcio ſortē eē in rerū natura. Hic nota ꝙ iſti termini neceſſariū contingens ⁊c. pñt ſumi duobus modis primo reſolubiliter: ut ſūt quedā adiectiua ſubſtantiua in neutro genere. ſecundo officiabiliter vt determinat orationem infinitam quaſi ſuū ſubſtantiuū ſiue ſubiectū. Et iuxta hoc conceditur ꝙ neceſſarium eſt quod deus nūꝗ̄ fuit nec erit nec eſt: ⁊ tamen neceſſarium eſt deum fuiſſe fore ⁊ eſſe. Similiter poſſibile ē ꝙ nihil fuit nec erit nec eſt: ⁊ tamen impoſſibile eſt nihil fuiſſe fore ⁊ eſſe. Similiter ly neceſſario pōt teneri dupliciter. ſ. reſolubiliter: ut ſit caſus datiui uel ablatiui. ⁊ exponitur ut prius patuit. ⁊ iuxta predicta conceduntur alique concluſiones quarum prima eſt illa.

Prima concluſio.

Neceſſario tu fuiſti productus ⁊ tamen nō neceſſario: immo contingenter tu fuiſti ꝓduct⁹. Secunda concluſio.

Neceſſe eſt te fuiſſe ⁊ tn̄ nō neceſſario: īmo contingenter tu fuiſti.

Tertia concluſio.

Neceſſario aliquid eſt qđ contingenter eſt: ⁊ tamen nihil quod neceſſario eſt cotingenter eſt.

De deſcriptibili ꝓpōe.

Propoſitio deſcriptibilis eſt in qua termin⁹ concernens actū mentis determinat icōplexū. Et pōt eſſe dupliciter: qꝛ uel illud incōplexū nō eſt ſignū cōplexi uel eſt ſignū cōplexi. Si incōplexū nō eſt ſignū cōplexi: ſic deſcribitur.

Cognoſco ſor.	Cognoſco aliqđ ea rōne q̄ ſor.
Intelligo bonum	Intelligo aliqđ ea rōe q̄ bonū
Deſidero ſciam	Deſidero aliqđ ea rōe q̄ ſciā.
Recordor matris mee	Recordor alicuius ea rōne q̄ mater mea
Imaginor mōtem aureū	Imaginor aliquod ea ratione q̄ mōs aureus.

Si vero incōplexum eſt ſignum complexi: ſic deſcribitur.

Scio a propoſitionem.

Scio adeq̄tū ſignificatū a ꝓpōis. qđ ſcio adeq̄te ſignificari ꝑ a

Dubito a ⁊ b ꝓpoſitiones.

Dubito ſignificata adeq̄ta a ⁊ b ꝓpōnū q̄ ſcio adeq̄te ſignificari per a ⁊ b ꝓpōnes

Credo hanc ꝓpōnem.

Credo adeq̄tū ſignificatū huius ꝓpōis ꝙ ſcio adequate ſignificari per hanc

Iſti credunt multas ꝓpōes.

Credunt iſti adeq̄ta ſignificata multarū ꝓpōnū q̄ ipſi credūt adeq̄te ſignificari ꝑ illas

Nota ꝙ iſta verba ſcio credo dubito non poſſunt determinare niſi cōplexum implicite vel explicite. vnde non bene dicitur. ſcio ſortez ſꝫ alia v̈ba intelligo cognoſco poſſunt indifferenter determinare cōplexum ⁊ incomplexum: nam indifferenter poſſumus dicere intelligo ſortem: intelligo a propoſitionem: ⁊ intelligo ſortem currere.

Prima concluſio.

Deum trinum ⁊ vnum cognouit ariſtoteles: ⁊ tamē ariſtoteles nō cognouit deum trinum ⁊ vnum.

Secunda concluſio.

Et ſi iudeus odit chriſtum: tamē chriſtum non odit ſed amat.

Tertia concluſio.

Uenientem cognoſco. ⁊ tamen nō cognoſco venientem.

De ꝓbabilib⁹ ꝑ cās v̈itatis:

Probabilis ꝑ cās v̈itatis ē illa ꝓpō q̄ hꝫ multas cās veritatis diſiunctiue ſumptas: ſicut incipit deſinit ⁊ ablatiuus in ꝯñā.

De incipit.

Incipit probatur per diſiunctiuā cōpoſitā ex duabus copulatiuis quarum prima fit ex affirmatiua de pñti ⁊ negatiua de preterito: ⁊ ſecunda ex negatiua de pñti: ⁊ affirmatiua de futuro ut.

Sortes incipit eē albus.

Sortes eſt albus ⁊ non immediate añ iſtās qđ ē preſēs ſortes fuit albus vel Sortes non eſt albus ⁊ immediate poſt hoc iſtās qđ ē pñs ſortes erit albus.

Prima concluſio.

Tu incipis eē albus: ⁊ nō incipis eſſe coloratus.

Secunda concluſio.

Incipit eſſe omne quod eſt: ⁊ tamen non omne quod eſt incipit eſſe nec incipit eſſe aliquid quod eſt: licet aliquid quod eſt incipit eſſe.

Tertia concluſio

Tu incipis uidere quēlibet hominem τ nullum hominem incipis uidere: nec aliquem hominem incipis uidere: nec incipis uidere aliquem hominem.

De deſinit.

Deſinit probatur per diſiunctiuam compoſitam ex contradictoriiſ copulatis ad incipit: quarum prima fit ex affirmatiua de preſenti et negatiua de futuro: τ ſcđa ex negatiua de preſenti τ affirmatiua de preterito. uerbi gratia.

Sortes deſinit eſſe

Sortes eſt: τ nō imediate poſt inſtans qđ ē pn̄s ſor. erit | uel | Sortes non eſt. τ imediate an̄ h' iſtās qđ' ē pn̄s ſor. fuit

Prima concluſio.

Deus deſinit eſſe in hoc inſtanti: τ tamen in hoc inſtanti deus nō deſinit eſſe.

Secunda concluſio.

Licet deus deſinat eſſe in hoc inſtanti: tamen non deſinit eſſe in aliquo inſtanti

Tertia concluſio.

Tu deſinis ſcire omnē propoſitionem τ non deſinis ſcire aliquā licet aliquā deſinis ſcire.

De ablatiuo in conſequentia.

Ablatiuus in conſequentia probatur per diſiūctiuā ex temporali cōditionali τ cauſali cōpoſita. Verbi gratia.

Sole oriente fit dies.

Quia ſol oritur fit dies | Si ſol orit̄ fit dies. | Qn̄ ſol orit̄ fit dies

Prima concluſio.

Non aliquo hoīe currente tu es aſinus: nec nullo homine currente tu es aſinus.

Non ſequitur non aliquo homine currente tu es aſinus. ergo nullo hoīe currente tu es aſinus.

Secunda concluſio.

Licet non aliquo homine currente tu es aſinus. tamen aliquo homine currente tu non es aſinus.

Nota ꝙ quecūqꝫ ꝓpō ꝓbat̄ copulatiue ſiue reſolubilit̄ ſiue exponibilit̄ ſiue officiabilit̄ ſiue deſcriptibiliter ciꝰ ꝯdictoriū eſt ꝓbabile per cās ṽitatis. ſ. p diſiūctiuā cōpoſitā ex ptibus ꝯdictoriis: Verbi gratia

hec ꝓpō ſor. non currit ꝓbatur p hāc diſiunctiuā. hoc non currit uel hoc nō eſt ſor. qr hec ꝓpō ſortes currit: que eſt ſua contradictoria ꝓbatur per hanc copulatiuā hoc currit τ hoc eſt ſor. τ ita dicas de officialibus exponibilibus τ deſcriptibilibus.

Nota ꝙ oīa uerba ꝑter ſubſtantiua dicuntur adiectiua τ pn̄t adiectiua probari reſolutorie per ſum es eſt. τ participium proportionatum. Vbi grā: probatur ſic reſolutorie.

Sortes ē currēs. ergo
ſor. cur. ecōuerſo ſequitur.
Sor. currit. ergo
ſortes eſt currens.

In prima arguitur a reſoluētibus ad reſolutā in ſecūda ecōuerſo.

Poſt oīa ꝑdicta debes diligenter aduertere cū proponitur tibi aliqua ꝓpō ſtatim debes videre an ſit mediata an īmediata. Si ē immediata nō poteſt probari: quia ad ſenſum uel intellectum eſt per ſe nota: τ ꝯ negantes per ſe nota nō eſt amplius diſputandū. Si uero ē mediata debes videre an ſit affirmatiua uel negatiua. Si eſt negatiua debes eam probare per cauſas veritatis: aut per contradictoriuꝫ aut per ſingulares: ut ſuperius dictū eſt. Si vero eſt affirmatiua tunc uide an ſit cathegorica uel ypothetica. Si cathegorica uide primum terminum mediatum τ ab eo debes inchoare propoſitionis ꝓbationem: quia a primo termino mediato ſemper inchoanda eſt propoſitionis probatio: τ non per ſaltum debes propoſitionem probare: quia fiunt multe deceptiones exponendo propoſitionem non exponibilem ſed reſolubilem τ ecōuerſo. verbi gratia: iſta propoſitio aliquod albū incipit eſſe ſortes: eſt reſoluenda rōne de ly aliquod album: τ non probanda rōne de ly incipit per cauſas veritatis. Appello autē primum terminum non ſecundum ſitum: ſed ſecundum denominationem: ut in modalibus ſepe modus ſecundum ſitū eſt vltimus: τ tamen ſecundum denominationē eſt primus. Similiter in ypotheticis nota ypothetica ſecundum ſitum quaſi ſemper eſt media: τ ſecundum denominationem eſt ꝑma. Facta aūt probatiōe primi termini debes gradatiꝫ ꝓcedere ad aliū ſi qs eſt: τ ſic donec oēs termini mediati ꝓpōis cathegorice fuerint ſm̄ exigentiam declarati Si vero propoſitio fuerit ypothetica tūc vide an ſit cathegorice uel ypothetice probanda. Si cathegorice tūc proba eam ſicut dixi de cathegorica. verbi gratia. Neceſſario tu curris vel tu nō curris. ſi ly neceſſario cadat in totū: licet iſta ſit ypothetica diſiunctiua cum in ea

a^t immediata

a^t mediata

Ec niungantur plures cathegorice per notam diſiunctionis tamẽ nõ eſt ypothetice diſiunctiue probãda: ſed cathegorice exponibiliter hoc modo.

Neceſſario tu curris uel tu non curris.

Tu curris vel tu non curris

Et nõ põt eẽ q̃n tu curras: vel tu non curras.

Similiter iſta: neceſſarium eſt te moueri ſi tu curris: ⁊ ſi ly neceſſarium cadat in totũ: lȝ ſit ypothetica conditionalis tamẽ non eſt ypothetice conditionaliter probãda ſed more cathegorico officiabiliter inferenda hoc modo. Hec propoſitio eſt neceſſaria: tu moueris ſi tu curris: que adequate ſignificat te moueri ſi tu curris: ergo ⁊c̃. Ubi uero ſit ypothetica ypothetice probãda: tũc aut copulatiue aut diſiũctiue aut cõditionaliter. ſecundũ ꝙ dictũ ẽ in capitulo de ypotheticis debes inferre ypotheticam eẽ verã vel falſã poſſibilẽ uel ĩpoſſibilem neceſſariam vel contingentẽ. verbi gratia. Altera pars principalis huius diſiunctiue affirmatiue eſt vera: ergo hec diſiunctiua ẽ vera. ⁊ ſic nulla propoſitio erit que tibi occurret ſi ſit probabilis quã ſtatiȝ inferre non poſſis.

De conſequentiis tractatus quartus.

Conſequẽtia eſt illatio cõſequẽtis ex antecedente: vt hõ currit ergo animal currit. Antecedẽs ẽ illud quod precedit notã illatiõis. Conſequẽs eſt illud qđ ſeqͣtur. Ly ergo uel ly igitur ẽ nota illatiõis.

Conſequentiarũ alia.

Bona ẽ illa in q̃ oppoſitũ cõſequẽtis repugnat añti: ut hõ cur. ergo aĩal currit: qꝛ hec repugnãt homo currit ⁊ nullũ aĩal currit.

Mala eſt illa in qua oppoſitum conſequentis non repugnat antecedenti ſiue ſtat cum eo: vt tu es homo: ergo tu es rex quia nõ repugnat te eſſe hoiem ⁊ nõ regeȝ:

Bonarum alia.

Formalis ẽ illa ĩ q̃ oppoſitũ ꝯſequẽtis formaliter repugnat antecedenti: ut tu curris ergo tu moueris. qꝛ te currere ⁊ nõ moueri formaliter repugnant.

Materialis eſt illa ĩ qua oppoſitum ꝯñtis materialiter repugnat antecedenti: ut nullus deus eſt: ergo nullus homo ẽ: qꝛ nullum deuȝ eſſe ⁊ aliquẽ hominem eſſe materialiter repugnant.

Illa dicuntur formaliter repugnare que nec realiter nec conceptibiliter p̃nt ſimul ſtare abſqȝ ꝯdictiõe mãifeſta: ut te currere ⁊ ñ moueri.

Illa autem dicuntur materialiter repugnar̃ que lȝ realiter nõ poſſint ſimul ſtare: conceptibiliter tamẽ poſſunt ſimul ſtare abſqȝ contradictione manifeſta: ut nullũ deum eſſe ⁊ aliquem hominem eẽ: q̃ non poſſunt ſimul ſtare realiter: quia nullum deum eſſe eſt impoſſibile: tamen apud intellectum non manifeſte repugnant: ſicut apud illos qui negant deum eſſe.

Conſeqnentie bone ⁊ materialis ſunt due regule.

Prima regula.

Ex impoſſibili ſequitur quodlibet: ut hõ ẽ aſinꝰ: ergo tu curris.

Secunda regula.

Neceſſariũ ſequitur ad quodlibet: ut tu curris: ergo homo ẽ aĩal.

Pro quibus regulis nota ꝙ ĩpoſſibile cuilibet repugnat immo ſibiipſi: quia impoſſibile nõ põt eẽ: ergo cuiuſlibet illarum ꝯñarum: oppoſitum conſequentis repugnat añti. Et intelliguntur iſte due regule dũmõ nõ arguatur ſecũdũ aliquẽ modũ alicuius ꝯñtie bone ⁊ formalis de quibus modis inferius dicetur. verbi grã. hõ ẽ aſinus: ergo homo eſt animal. illa ꝯña eſt bona ⁊ formalis non obſtãte ꝙ antecedẽs ſit ĩpoſſibile ⁊ ꝯñs neceſſariũ: qꝛ arguitur ab inferiori ad ſuũ ſuperius ſine impedimento.

De diuiſiõe cõſequẽtie bone ⁊ formalis.

Bonarum formaliũ.

De forma eſt illa cui quelibet conſimilis in forma eſt bona. ut hõ currit: ergo aĩal currit: q͂a ſeqͣtur albedo videtur: ergo color vr̃. Tu curris: ergo tu moueris.

De materia ẽ illa cui nõ quelibet conſimilis in forma eſt bona: ut hoc eſt aĩal: ergo hoc eſt hõ demr̃ando hoiem: ſed non ſequitur ſic demonſtrando per ly hoc aſinum.

Ille ꝯñe ſunt conſimiles in forma que habent conſimilem modũ arguendi ⁊ añtia ⁊ conſequẽtia eiuſdem denominationis nõ quo ad verũ vel falſũ poſſibile uel ĩpoſſibile neceſſariũ uel contingens: ſed quo ad alias denominationes propoſitionum ſicut qualitatem quãtitatẽ de ſecundo uel tertio adiacente de ſimplici vel cõpoſito ſubiecto vel predicato.

Correlariũ. Oĩs cõſequẽtia bona de forma ẽ formalis ⁊ nõ econuerſo. vñ quelibet iſtarum ẽ formalis ⁊ nõ de forma: tũ principium ẽ

ergo nō tm̄ principiū ē tm̄ pr̄ ē: eſt ergo non tm̄ pater ē. ⁊ ſic de aliis correlatiuis. Similiter tu credis preciſe ꝙ aliquis hō decipitur: ergo aliquis hō decipitur. Tu credis p̄ciſe ꝙ tu deciperis: ergo tu deciperis. Similiter tu ſcis te eſſe lapidem: ergo tu nō ſcis te eē lapidē: ⁊ ſic de aliis cōſimilibꝰ. Generales regule ꝯñaꝝ bonaꝝ ⁊ formaliū.

Prima regula.

Si alicuius conſequentie ꝯdictoriū cōſequētis ē illatiuū ꝯdictorii añcedētis cōſequētia ē bona: ut hō currit. ergo animal currit: qꝛ bene ſequitur. nullū aīal currit. ergo nihil quod ē hō currit.

Correlatiuū. Si alicuiꝰ conſequētie ꝯdictoriū conſequentis n̄ ē illatiuū ꝯdictorii añtis conſequētia nō valet: ut tu loqueris. ergo tu diſputas: qꝛ non ſequitur: tu nō diſputas: ergo tu nō loqueris.

Secunda regula.

Si alicuius conſequentie añcedens eſt verū ⁊ cōſequēs ſimiliter ē uerū. Ex falſis verū ex veris nil niſi uerū: ut pꝫ p Ariſtotelem i li. p̄orū. Primū correlariū. Si alicuiꝰ cōſequentie bone ꝯſequēs eſt falſū ⁊ añs ſimilr̄ eſt falſū: ut tu es aſinꝰ. ergo tu nō es hō.

Scđꝫ correlariū. Si alicuiꝰ cōſequentie añs eſt uerū ⁊ cōſequens falſū. cōſequentia nō valet: iō nō ſequitur: tu g es deꝰ nō es hō: ergo tu non es hō.

Tertia regula.

Si alicuiꝰ conſequentie bone añs eſt neceſſariū: ⁊ ꝯſequens ſimilr̄ eſt neceſſarium: ut hō eſt. ergo animal eſt.

Primū correlariū. Si alicuiꝰ ꝯſequentie bone cōſequēs nō eſt neceſſariū: ⁊ añs nō eſt neceſſariū. ut tu es hō: ergo tu es aīal.

Scđꝫ correlariū. Si alicuius conſequentie añs eſt neceſſarium: et cōſequens non eſt neceſſariū conſequentia nō ualet: imo non ſeqtur oīs hō eſt animal. ergo iſte homo eſt animal.

Quarta regula.

Si alicuius conſequentie bone añs eſt poſſibile ⁊ ꝯſequens eſt poſſibile: ut tu es papa. ergo tu es ſūmus ſacerdos.

Primū correlariū. Si alicuius conſequentie bone cōſequēs non ē poſſibile: nec añs: ut hō eſt aſinus. ergo hō eſt rudibilis.

Scđꝫ correlariū. Si alicuius cōſequentie añs eſt poſſibile ⁊ cōſequens ipoſſibile conſequentia non ualet. vñ nō ſequitur: oē vigilās eſt aſinus. ergo ſortes vigilans eſt aſinus.

Quinta regula.

Si aliqua conſequentia eſt bona ⁊ aliquid ſequitur ad cōſequens illud idem ſequitur ad antecedens vnde bene ſequitur homo currit. ergo animal currit ⁊ ſortes currit antecedit ad illam homo currit: ad qđ ſequitur ꝙ corpus currit. iō ad illud añs hō currit ſequitur ꝙ corpus currit.

Primū correlariū. Quicqd antecedit ad añs cōſequētie bone antecedit ad ꝯñs: qꝛ ſequit̄ hō currit: ergo animal currit: ⁊ ſortes currit antecedit ad illam homo currit: ideo ātecedit ad ꝯñs: qꝛ bene ſequit̄ ſortes currit: ergo aīal currit.

Secūdū correlariū. A primo ad vltimū qñ oēs ꝯñtie itermedie ſūt bone ⁊ formales ⁊ nō variate ē bona ꝯñtia ⁊ formalis: vt hō currit: ergo aīal currit: aīal currit: ergo corpus currit. ſunt etiā cōſequentie bone intermedie ⁊ nō variate quando conſequens prioris conſequentie. eſt preciſe antecedens poſterioris conſequentie. ideo non ſequitur: ſi in nullo loco es tu nō es rome ſi nō es rome ⁊ es alibi: ergo alicubi es: alicubi es. ergo in aliquo loco es. ⁊ tamen nō ſequitur de primo ad vltimū: ſi in nullo loco es in aliquo loco es.

Sexta regula.

Si aliqua cōſequētia eſt bona ⁊ aliquid ſtat cū antecedente illud idem ſtat cū cōſequēte: Vbi grā: oīs hō currit: ergo hō currit: cū cōſequente ſtat ꝙ nullus aſinus moueatur. ideo ſtat cum conſequente.

Correlariū. Quicqd repugnat cōſequēti cōſequētie bone repugnat añti: vt tu curris: ergo tu moueris: ⁊ nō moueri repugnat conſequenti. ideo repugnat antecedenti.

Septima regula

Si aliq̄ cōſequentia eſt bona ⁊ ſcita a te eē bona ⁊ añs ē cōcedēdū cōſequēs ſimilr̄ ē cōcedēdū. Et notāter dicit̄ ſcita a te eſſe bona: qꝛ huius cōſequētie bone luna eclipſatur. ergo terra iterponitur inter ſolem ⁊ lunā: añs eſt cōcedendū etiam a ruſticis: ⁊ tñ cōſequēs nō ē cōcedendum niſi a ſapientibus.

Primū correlariū. Si alicuius cōſequētie bone ſcite a te eſſe talis conſequens eſt negandū añs ſimiliter eſt negandum: vt homo eſt aſinus. ergo homo eſt rudibilis.

Scđm correlariū. Si alicuiꝰ cōſequētie añs eſt cōcedēdū ⁊ conſequēs negādū: cōſequētia nō eſt bona vel neſcita.

Octaua regula.

Si aliq̄ cōſequentia eſt bōa ſcita a te eſſe bona ⁊ añs eſt ſcitū a te cōſequēs ſimiliter eſt ſcitū a te.

Primū correlarium.

Si alicuiꝰ cōſequētie bōe ſcite a te eē bōe cōſequēs ē a te neſcitū ⁊ añs ē a te neſcitū: vt ſortes eſt p̄deſtinatus: ergo morietur in gratia:

Scđm correlarium.

Si alicuius cõſequentie añs eſt a te ſcitũ ⁊ cõſequens neſcitũ cõſe quentia nõ eſt bona uel neſcita.

Regule p̄ticulares cõſequentiaꝝ bonaꝝ formaliũ.

Prima regula.

Ab iſeriori ad ſuũ ſupiꝰ affirmatiue ⁊ ſine diſtributõe ⁊ ſine ſigno cõfuſionis ĩpediẽte eſt bona cõſeq̄ntia. ut hõ currit. ergo aial currit.

Secunda regula.

Ab iſeriori ad ſuũ ſuperius diſtributiue nõ ualet ɔñ tia: vt nullus hõ currit. ergo nullum animal currit.

Tertia regula.

Ab ĩferiori ad ſuũ ſupiꝰ ɔfuſe tm̃ mobilit̃ ẽ bona ɔñtia: q2 bene ſe q̃t. oĩs hõ ẽ aial: ergo oĩs hõ ẽ ſubſtãtia. ſimilit̃ ſeq̃tur tm̃ hõ currit: ergo tm̃ animal currit.

Quarta regula.

Ab iſeriori ad ſuũ ſupiꝰ ɔfuſe tm̃ ĩmobilit̃ nõ valz cõ ſequẽtia: vñ nõ ſeq̃t: ſi tu es aſinꝰ tu es rudibilis. ergo ſi tu es aial tu es rudibilis cõtigẽter iſte hõ ẽ aial. ergo cõtigẽter hõ eſt aial.

Quinta regula.

Ab inferiori ad ſuũ ſupiꝰ negatõe poſtpoſita cũ debito medio eſt bonũ argumẽtũ: vt ſortes nõ currit: ⁊ ſortes ẽ hõ. ergo hõ nõ currit ſʒ ſine medio ñ valz argumẽtũ vñ ñ ſeq̃t: ſortes nõ ẽ aial. ergo hõ nõ ẽ aial. q2 añs ẽ poſſibile ⁊ cõſequens ĩpoſſibile.

Sexta regula.

A ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue ⁊ ſine ſigno diſtributionis non valet conſequentia: quia non ſequitur animal currit: ergo homo currit.

Septima regula.

A ſupiori ad ſuũ iſerius diſtributiue affirmatiue: ⁊ cũ debito medio valz cõſequẽtia: vt oĩs hõ currit. ſortes eſt hõ. ergo ſortes currit ſʒ ſine medio nõ valet. q2 nõ ſeq̃t oĩs hõ eſt. ergo iſte homo eſt. Similiter tu differs ab aſino. ergo tu differs a brunello. ſʒ oportet addere. ⁊ brunellus eſt aſinus.

Octaua regula.

A ſuperiori ad ſuũ inferius negatiue diſtributiue eſt bonũ argumentum. vnde bene ſequitur. nullus homo currit. ergo iſte homo ñ currit. Nec hic opus eſt medio. ſed oportet ꝙ negatio diſtribuat. q2 nõ ſequit̃ nõ nullũ animal currit. ergo nõ nullꝰ hõ currit. ſicut nõ ſequtur aliq̄d aial currit. ergo aliqs hõ currit.

A ſupiori ad ſuũ iſerius cõfuſe tm̃ mobilit̃ non valz argumẽtum. vñ nõ ſeq̃tur: tm̃ hõ currit. ergo tm̃ ſortes currit.

Decima regula.

A ſupiori ad ſuũ iſeriꝰ cõfuſe tm̃ ĩmobilit̃ nec cum medio nec ſine medio valz argumẽtũ. vñ nõ ſeq̃t: neceſſario hõ ẽ aial. ſortes ẽ hõ: ergo neceſſario ſortes eſt aial.

Regule ɔñaꝝ formaliũ circa ꝓpõnes quãtas.

Prima regula.

Ab vniuerſali ad ſuã ſubalternã ẽ bonũ argumẽtũ: vt oẽ aial cur. g° aliq̄d aial currit. ſimilit̃ nullũ aial currit. ergo aliq̄d aial nõ currit.

Secũda regula.

A p̄ticulari vel idefinita ad ſuã vniuerſalẽ nõ valet argumẽtũ niſi forte gratia materie: q2 nõ ſeq̃tur aliquis homo currit: ergo q̄libʒ hõ cur. ſimilit̃ ñ ſeq̃t: aliq̄d aial ñ ẽ aſinꝰ: g° nullũ aial ẽ aſinꝰ. ſẽp tñ valz de ſecũdo adiacẽte gratia materie: vt aliq̄d q̄d ẽ hõ ẽ: ergo oĩs hõ ẽ. ſimilit̃ aliquod quod eſt hõ nõ eſt: ergo nihil quod eſt homo eſt: quia ſic arguendo ſemper vel conſequens erit neceſſarium uel antecedens impoſſibile.

Tertia regula

Ab uniuerſali affirmatiua ad oẽs ſuas ſingulares eſt bonũ argumẽtũ tã collectiue ꝙ̃ diuiſiue: ⁊ hoc cũ debito medio. Exẽplũ collectiue: oĩs hõ currit: ⁊ iſti ſũt omnes hoĩes: ergo iſte hõ currit ⁊ iſte hõ curit. ⁊ ſic de ſingulis. Exemplũ diuiſiue: oĩs hõ currit: iſte eſt homo ergo iſte homo currit. ſed ſine medio nõ ualet niſi gratia materie. vñ nõ ſequit̃ oĩs hõ eſt aial: ergo iſte hõ eſt aial: ⁊ iſte hõ eſt aial. q2 añs eſſet neceſſariũ: ⁊ ɔñs cõtingens. Seq̃tur tñ de materia ſine medio: ut oĩs deus eſt: ergo iſte deus eſt. q2 cõſeq̄ns eſt ſimplicit̃ neceſſariũ etiã ſequit̃ ſine medio. oĩs hõ eſt aſinꝰ. ergo iſte hõ eſt aſinus. q2 añs eſt impoſſibile.

Quarta regula.

Ab uniuerſali negatiua ad ꝙ̃libʒ ſuaꝝ ſingulariũ ſiue cũ medio ſiue abſq3 medio eſt bonũ argumentũ: ut nullꝰ hõ currit ergo nec iſte hõ currit nec iſte hõ currit. ⁊ ſic de ſingulis.

Quinta regula.

Ab oĩbus ſingularibus ſufficienter enumeratis tam affirmatiue ꝙ̃ negatiue cum debito medio ad ſuam uniuerſalẽ eſt bonũ argumentum. ut iſte homo currit ⁊ iſte homo currit. ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ iſti ſũt omnes hoĩes maſculi. ergo quilibet homo currit. Similiter bene ſequitur nec iſte homo currit nec iſte hõ currit: ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ iſti

ſūt oẽs hoĩes maſculi: ergo nullus hõ currit. ſʒ ſine medio cõſequentia nõ valet: q₂ nõ ſeq̃: nec iſte hõ currit: nec iſte hõ currit. ergo null⁹ hõ currit: q₂ poſt mille annos aῆs erit veꝝ: ꝛ cõſequẽs falſũ. ſʒ bene ſeqtur ꝛ iſti ſūt oẽs hoĩes maſculi.

Sexta regula.

A ꝑticulari ad ſuã indefinitã ꝛ ecõuerſo tã affirmatiue q̃ʒ negatiue ẽ bõa ɔña: vt aĩal currit: g° aliqḋ aĩal currit. ꝛ aĩal ñ currit ꝛ ecõuerſo

Septima regula.

A particulari vel indefinita cũ debito medio ad oẽs ſuas ſingulares diſiunctiue ſũptas eſt bona ɔña: vt hõ currit: ꝛ iſti ſūt oẽs hoĩes ergo iſte hõ currit: vel iſte hõ currit: ꝛ ſic de ſingulis: ꝛ ſine medio nõ ſequitur hõ eſt aĩal. ergo iſte homo ẽ aĩal vel iſte hõ eſt aĩal: q₂ antecedens eſt neceſſariũ ꝛ conſequens cõtingens: q₂ eſt una diſiunctiua cuius q̃libet pars eſt contĩgens: ꝛ nulla alteri repugnat: nec oppoſita illarũ partiũ repugnant.

Regule de propoſitionibus nõ-quãtis.

Prima regula.

Ab excluſiua affirmatiua ad uniuerſalẽ affirmatiuaʒ de terminis tranſpoſitis ẽ bona cõſequentia ꝛ ecõuerſo: ut tm̃ hõ currit: ergo oẽ currens eſt hõ ꝛ ecõuerſo.

Secunda regula.

Ab exceptiua negatiua ad excluſiuã affirmatiuã: cuius ps extra capta exceptiue fiat ſubiectũ excluſiue ſi aggregatũ ex ſubiecto ꝛ ꝑdicato exceptiue fiat ꝑdicatum: excluſiue ſic ꝑciſe ſignificãdo ꝛ ſupponendo eſt bonũ argumẽtũ. ut null⁹ hõ ꝑter ſoꝛ currit: ergo tm̃ ſoꝛ. eſt aliq̃s hõ currẽs. ſʒ nõ ſeq̃ nullũ aĩal ꝑter hoĩeʒ ĩtelligit: ergo tm̃ hõ intelligit: q₂ ex ſubiecto ꝛ ꝑdicato exceptiue nõ fit ꝑdicatũ excluſiue: ſʒ bñ ſeq̃. ergo tm̃ hõ ẽ aĩal intelligẽs. Simılıt̃ nõ ſeq̃ nullus hõ ꝑter ſoꝛ. currit: ergo tm̃ ſoꝛ. ẽ hõ currẽs dato q̄ de maſculis nõ currat niſi ſoꝛtes: ꝛ cũ eo multe mulieres currãt q₂ aῆs eẽt veꝝ ꝛ ɔῆs falſũ: q₂ nõ ſaluaretur ſuppoſitio.

Tertia regula.

Ab ĩferioꝛi ad ſuũ ſupi⁹ a ꝑte ſubiecti dictõe excluſiua addita ſubiectis ẽ bõa ɔña: vt tm̃ hõ currit: ergo tm̃ aĩal currit: q₂ arguit̃ ab ĩferioꝛi ad ſuũ ſupius cõfuſe tãtũ mobılıt̃.

Quarta regula.

Ab inferioꝛi ad ſuũ ſuperius a ꝑte ꝑdicati dictõe excluſiua addita ſubiectis non valet ɔñtia: vt tm̃ homo currit: ergo tm̃ hõ mouet̃: q₂ arguit̃ ab inferioꝛi ad ſuũ ſuperius cõfuſe diſtributiue. At ecõuerſo

cũ debito medio valet argumẽtũ: vt tm̃ hõ currit ꝛ hoc ẽ currens ergo tm̃ hõ eſt hoc currẽs. q₂ ſic arguit̃ a ſupioꝛi diſtributo ad ſuũ ĩferius ſine ĩpedimẽto.

Quinta regula.

A t̃mino ſtãte cõfuſe tm̃ uel det̃minate ad eundem ſtãteʒ diſtributiue nõ valet argumẽtũ: vñ nõ ſeq̃ hõ ẽ aĩal. g° tm̃ hõ eſt aĩal. tu differs ab oĩ hoĩe. ergo tu differs ab hoĩe.

Sexta regula.

A termino ſtante diſtributiue ad eũdẽ ſtãteʒ determinate valʒ cõſequẽtia: vñ bene ſeq̃ oĩs hõ currit. ergo hõ currit.

Septima regula.

A termino ſtãte cõfuſe tm̃ ad eũdeʒ ſtãtẽ determĩate reſpectu eiuſdem ſigni nõ valʒ argumentũ: vt oĩs hõ hʒ caput. ergo hʒ oĩs hõ.

Regule ꝑtinẽtium ꝛ ĩꝑtinentiũ.

Prima regula.

Ab affirmatiua vnius deſpati ad negatiuã altius ẽ bõa ɔña: vt tu es alb⁹ ergo tu nõ ẽ niger: ſʒ nõ ecõuerſo. q₂ ex negatiua nõ ſeq̃ affirmatiua. ſtat. n. te nõ eſſe. ꝛ ſic aῆs eſſet veꝝ ꝛ cõſequẽs falſũ.

Secũda regula.

Qñcũq₃ ſũt due ꝓpõnes quaꝝ ſubiecta atq₃ ꝑdicata cõuertũtur manẽte cõſimili denoĩatõe ac ſuppõne ab vna ad reliquaʒ eſt bona cõſequentia ꝛ ecõuerſo: q₂ ab vno cõuertibili ad reliquũ eſt bonũ argumẽtũ: vt hõ currit. ergo riſibile currit. ſʒ nõ ſeq̃ qlʒ hõ currit. ergo oĩs hõ currit. q₂ nõ ſaluat̃ ſuppoſitio. q₂ ĩ vna ſupponit ly hõ ꝓ maſculo tãtũ in alia vero ꝓ vtroq₃ ſexu.

Tertia regula.

Ab vno coꝛꝛelatiuoꝝ ad reliquũ de ſcḋo adiacẽte ꝛ ecõuerſo ẽ bona cõſequẽtia: vt duplũ eſt. ergo dimidium ẽ ꝛ ecõtra. ſʒ nõ ſeq̃ mũdus eſt duplus. ergo mũdus eſt dimidius. pater eſt barbatus. ergo filius eſt barbatus. q₂ arguitur ab vno coꝛꝛelatiuoꝛum ad reliquum de tertio adiacente.

Quarta regula.

A termino ꝑuatiuo ad terminũ ĩfinitũ ẽ bona cõſeq̃ntia ꝛ nõ econuerſo: vt hõ eſt cecus. ergo hõ ẽ nõ videns ꝛ nõ ecõuerſo.

Quinta regula.

Ab affirmatiua de ꝑdicato priuato vel infinito ad negatiuã de ꝑdicato finito eſt bona ɔña ꝛ nõ ecõtra: vt tu es cecus. ergo tu non es vidẽs: etiã ſeq̃ tu es nõ videns: ergo tu nõ es vidẽs: ſımılıt̃ tu es ñ hõ ergo tu nõ es hõ. ſʒ ecõtra nõ valet: q₂ ex negatiua nõ ſeq̃ affirmatiua niſi arguat̃ a negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuã de ꝑ

dicato īfinito cū debito medio qꝛ bñ ſeqꝛ̄.tu nō es hō ⁊ tu es: ergo
tu es non homo

¶ Regule de probationibus propoſitionū.

Prima regula.

Ab oīb⁹ exponētib⁹ ſimul ſūptis ad ſuā expoſitā ē bōa ɔña: vt hō
currit ⁊ nihil nō hō currit: ergo tm̄ hō currit ⁊ ecōuerſo.

Secūda regula.

Ab oī expōibili ad q̄lꝫ ſuaꝝ exponētiū diuiſiue ē bōa ɔña ⁊ ñ eɔ̄
vñ bñ ſeqꝛ̄: qlꝫ hō currit. ergo nullus ē hō q ipſe currat. ſꝫ non eɔ̄: qꝛ
ex negatiua nō ſeqꝛ̄ affirmatiua. ⁊ dato ꝙ nullus maſcul⁹ eſſet i mū
do añs eſſet veꝝ ⁊ ɔ̄ſequēs falſū.

Tertia regula.

Ex cuiuſlꝫ exponēti ɔ̄dc̄o ſeqꝛ̄ ɔ̄dictoriū expoſit i ⁊ ñ eɔ̄: nā bñ ſeq
tur: aliqd ñ hō cur. g͂ nō tm̄ hō cur. ſꝫ ñ ecōtra: qꝛ ex negatiua nō ſe
qꝛ̄ affirmatiua.

Quarta regula.

A reſoluētib⁹ ad reſolutā ē bōa ɔña ⁊ ñ ecōtra: vt h̄ hō ⁊ h̄ ē aīal
g͂ hō ē aīal ⁊ ñ ecōtra: qꝛ añs ē necāriū ⁊ ɔña cōtigēs niſi fiat reſolu
tio ꝟbalis: qꝛ ibi ſeqꝛ̄ ⁊ ecōtra: vt hō cur. ergo hō eſſet currēs ⁊ eɔ̄.

Quinta regula.

Ab officiātib⁹ ad officiatā ē bōa ɔña ⁊ ñ ecōtra: vt hec ē ꝟa de⁹ eſt
q̄ adeq̄te ſignificat deū eſſe. g͂ veꝝ ē deū eē ⁊ ñ ecōtra: qꝛ añs cēt ne
ceſſariū ⁊ ɔña cōtigens.

Sexta regula.

A deſcribētib⁹ ad deſcriptā ē bōa ɔña ⁊ nō ecōtra: vt cognoſco ali
qd ea rōne q̄ ſoꝛ. g͂ cognoſco ſoꝛ. ⁊ ecōtra.

Septima. regula.

Ab vna cā ꝟitat i ad ꝓpōeꝫ hñtē illā ē bōa ɔña ⁊ ñ ecōtra: vt ſi hō
cur. riſibile cur. g͂ hoīe currēte riſibile cur. ſꝫ nō ſeqꝛ̄ te exñte ego ſū.
g͂ ſi tu es ego ſū: añs. n. ē veꝝ pp tpalē ⁊ ɔ̄ſeq̄ns falſū: h ⁊ ē cōditōa
lis īpoſſibilis.

Octaua regula.

A ſēſu cōpoſito ad ſēſū diuiſū nō valet argumētū nec econtra: vt
albū poſſibile ē eē nigꝝ. ergo poſſibile eſt albū eſſe nigꝝ: nec ecōtra.
vt neceſſario hō eſt aīal. ergo hō neceſſario eſt aīal.

Nona regula.

Ab actiua ad ſuā paſſiuā eſt bonū argumētū ⁊ ecōtra: vt ego diligo
deū. ergo a me diligiꝛ̄ de⁹ ⁊ ecōtra.

Decima regula.

A tertio adiacente ad ſcd̄m adiacēs affirmatiue ⁊ ſine ṫmīo diſtra
hēte eſt bōa ɔ̄ſequētia. vñ ſeqꝛ̄ tu es hō. ergo tu es. ſꝫ nō ſeqꝛ̄ negati
ue. deus nō eſt lapis. ergo deus nō eſt: nec cū termino diſtrahēte. vt
antixp̄s eſt futurus. ergo antixp̄s eſt.

Prima regula.

A copulatiua affirmatiua ad qualꝫ ptem ei⁹ ꝑncipalē ē bōa ɔñtia
⁊ nō eɔ̄ niſi a pte añtis ad qualꝫ ptē. vñ bñ ſeqꝛ̄: tu curris ⁊ tu diſpu
tas. ergo tu cur. ⁊ ñ eɔ̄. niſi mō ꝑdc̄o: ꝟbi grā: tu cur. g͂ tu cur. ⁊ tu mo
ueris. ⁊ notāter dixi affirmatiua: qꝛ nō ſequiꝛ̄ negatiue: nō tu es hō
⁊ tu es aſinus. ergo tu es aſinus.

Secunda regula.

A toto copulato diuiſiꝫ tēto ad q̄lꝫ ei⁹ ptē ē bonū argumētū ⁊ nō
eɔ̄: ut ſoꝛtes ⁊ plato currūt. ergo ſoꝛ. cur. ⁊ nō ecōtra: niſi una ps añce
dat ad q̄libꝫ: qꝛ bene ſeqꝛ̄: tu es hō. ergo tu es hō ⁊ aīal.

Tertia regula.

A pte ꝑncipali diſiūctiue affirmatiue ad totā diſiunctiuā eſt bona
ɔñtia ⁊ nō ecōtra: niſi ad pteꝫ ſequēteꝫ ex q̄lꝫ pte diſiūctiue: ut tu cur
ris. ergo tu curris uel tu es albus: ſed nō ecōtra niſi mō ꝑdicto: ut tu
curris uel tu moueris. ergo tu moueris.

Quarta regula.

A pte diſiuncti diuiſiue tēti ad totū diſiūctū ē bōa ɔñtia ⁊ nō ecō
tra: ut homo currit. ergo hō uel aſin⁹ cur. ⁊ notāter dico diuiſiue tēti
qꝛ nō ſeqꝛ̄ collectiue: aſin⁹ eſt aſin⁹. ergo iſte hō uel aſin⁹ ē aſin⁹ tenē
do totū diſiūctū collectiue ꝓ ſubiecto: qꝛ añs ē ueꝝ ⁊ ɔña falſū. naꝫ
ſignificat ꝙ ille q eſt hō uel aſin⁹ demonſtrādo ſoꝛtē eſt aſinus.

Quinta regula.

A diſiunctiua affirmatiua cū deſtructōe uni⁹ ptis pꝛīcipalis ad al
terā ptē eſt bona ɔ̄ſequētia: ut tu es hō uel tu es aſinus. ſed tu nō es
aſinus. ergo tu es hō. tu nō es hō uel tu non es aſinus: ſed tu es aſi
nus. ergo tu non es hō.

Sexta regula.

A copulatiua negatiua ad diſiunctiuā affirmatiuā factā de ptibus
ɔ̄dictoꝛiis copulatiue negatiue ē bōa ɔña ⁊ eɔ̄. ſimiliꝛ̄ a diſiūctiua ne
gatiua ad copulatiuā affirmatiuā factā de ptib⁹ cōtradictoꝛiis diſiū
ctiue negatiue ⁊ ecōtra eſt bonū argumentū.

Ratio haꝝ regulaꝝ ē: qꝛ copulatiua ⁊ diſiūctiua cōpoſite ex ptib⁹
ɔ̄dictoꝛiis cōtradicūt. ſꝫ negatio ꝑpoſita facit equollē ſuo ɔ̄dictoꝛio.
ergo regule ꝟe. vñ bñ ſeqꝛ̄ nō tu es hō ⁊ tu es aſin⁹. g͂ tu ñ es hō vel
tu nō es aſin⁹ ⁊ ecōtra. ſimiliꝛ̄ nō tu es aſin⁹ vel tu es capꝛa. ergo nec
tu es aſinus nec tu es capꝛa. ſeu tu nō es aſinus ⁊ tu non es capꝛa qꝺ
pro eodem habeo.

De conditionalibus.

Prima regula.

A cõditõali affirmatiua cū poſitõe aņtis ad ꝯņs eſt bona ꝯņtia. ut ſi tu curris tu moueris: ſed tu curris. ergo tu moueris.

Secūda regula.

A conditionali affirmatiua cū deſtructione cõſequentis ad deſtructiõeʒ aņtis eſt bona cõſequentia: ut ſi tu curris tu es: ſed tu non es. ergo tu non curris.

Tertia regula.

A conditionali affirmatiua ad diſiunctiuam affirmatiuam factam ex contradictorio antecedentis ⁊ conſequente eiuſdem conditionalis eſt bona conſequentia ſaltem de materia: quia quelibet talis diſiunctiua eſt neceſſaria: cum ſuum oppoſitum ſit impoſſibile ſcilicet copulatiua facta ex antecedente ⁊ contradictorio conſequentis. conſequentie bone exemplum: ut ſi tu es homo tu es animal. ergo tu non es hõ uel tu es animal.

Quarta regula.

A conditionali negatiua ad diſiunctiuam affirmatiuam factam ex antecedente ⁊ cõtradictorio ꝯņtis cum nota poſſibilitatis eſt bona cõſequētia: ut nõ ſi tu es hõ tu uiglias. ergo ꝙuis tu ſis homo ſtat uel poteſt eſſe ꝙ nõ uigilas.

Tractatus quintus de obligationibus.

Obligatio eſt oratio compoſita ex ſignis obligationis ⁊ obligato: ut pono tibi illam: tu es rome admitto. Signa obligationis ſunt iſta tria ſcilicet pono depono admitto. Signa obligati ſunt propono concedo nego dubito uel diſtinguo. Tota igitur illa oratio dicitur obligatio. ly pono ⁊ admitto ſunt ſigna obligationis. primum ex parte opponentis eſt. ſecundum ex parte reſpondentis. ly tu es rome eſt obligatum.

Obligatio

Poſitio ē orõ compoſita ex ſignis poſitionis ⁊ poſito.

Depoſitio eſt oratio compoſita ex ſignis depoſitiõis ⁊ depoſito

Poſitionis ſunt nouem regule.

Prima regula.

Omne poſſibile poſitū ſcitum ⁊ a te eſſe tale eſt a te admittendum aliter eſſet fuga bazanorum.

Secunda regula.

Omne tibi poſitum ⁊ a te admiſſum eſt a te cõcedendū donec obligatio duret: patet quia eſt illud idem. Durat autem obligatio ab

inſtanti admiſſionis vſquequo opponens dicat cedat tempus obligationis ſeu obligatio uel trãſferat ſe ad aliã materiã.

Tertia regula.

Omne ſequens ex ſolo poſito ⁊ admiſſo aut cum conceſſo aut cuʒ conceſſis eſt concedendum. Exemplum primi: admiſſo ꝙ omnis homo currat eſt concedendum ꝙ omnis homo moueatur. Exemplum ſecundi: admiſſo ꝙ omnis homo currat ⁊ conceſſo ꝙ tu es homo eſt concedendum ꝙ tu curris. Exemplum tertii: admiſſo ꝙ omnis homo ſtudens ſit laudandus: ⁊ conceſſis iſtis duobus ꝙ tu es homo ⁊ ꝙ tu es ſtudēs concedēdū eſt ꝙ tu es laudandus. Ratio regule eſt ꝙ cuiuſcūqʒ conſequētie cõcedende aņs eſt concedendū ⁊ cõſequēs ſimiliter eſt concedendū.

Quarta regula.

Omne repugnans poſito ſolum aut poſito ⁊ conceſſo aut poſito ⁊ conceſſis eſt negādū. patet qꝛ ſuum contradictorium eſt concedendum per tertiam regulam.

Quinta regula:

Omne ſequens ex poſito cum oppoſito bene negati vel oppoſitis bene negatorum eſt concedendum. Exempluʒ primi: poſita ⁊ admiſſa hac omnis homo currit: ſi ꝓponatur tu curris eſt negāda: quia falſa ⁊ impertinens. deinde ſi proponatur tu non es homo eſt concedenda quia bene ſequitur omnis homo currit tu non curris. ergo tu nõ es homo in barocho ⁊ antecedens eſt concedendum: nam maior eſt poſita ⁊ admiſſa ⁊ minor eſt oppoſita bene negati. ergo concluſio eſt concedenda. Exemplum ſecundi: pono tibi illā tu es ſeruus vel rex vel epiſcopus: qua admiſſa quia poſſibilis propono tu es ſeruus eſt neganda: quia falſa ⁊ impertinens. deinde tu es epiſcopus eſt negāda per eandem cauſam: tunc ſi proponitur illa tu es rex eſt concedenda. vnde ſequitur tu es ſeruus uel rex uel epiſcopus: ſed tu nõ es ſeruus nec epiſcopus. ergo tu es rex. a diſiunctiua cū deſtructione duarum partium ad tertiā.

Sexta regula.

Omne repugnans poſito ⁊ oppoſito bene negati vel oppoſitis bene negatorū ē negādū. patet quia ſuū cõtradictoriuʒ eſt concedēdū per quintam regulā.

Septima regula.

Ad omne ipertinens reſpondendum eſt ſecundum ſui qualitateʒ: ideſt ſi ſcitum eſſe uerum concedendum ſi falſum negandum: ſi dubium dubitandum.

Eſt aũt ĩpertinens qđ nõ ſeqtur nec repugnat aliquo modorũ pri⁹
dictorũ. ptinẽs uero ẽ eꝰ qđ ſequitur vel repugnat aliquo mõ ꝑus
dicto. unde oẽ illud qđ ꝓponitur aut ẽ ptinẽs ſequẽs ⁊ ita cõceden-
dũ quãtũcũqꝫ falſũ: aut ptinẽs repugnãs. ⁊ ſic eſt negandũ quãtũ-
cunqꝫ uerũ. Aut ẽ ipertinẽs. ⁊ ſic debes ad eã libere reſpondere ſecũ-
dũ ſui qualitatẽ ⁊ ſicut extra obligationẽ. iõ nõ ſeqtur tu negas uerũ.
ergo male reſpondes: ſed bene ſeqtur tu negas uerũ nõ repugnãs. er-
go male reſpõdes. Similiter nõ ſequitur tu cõcedis falſũ. ergo male
reſpondes. ſed bene ſequitur tu cõcedis falſuꝫ nõ ſequens. ergo ma-
le rñdes. Similiter ſequitur tu negas uerum ⁊ non es obligat⁹. ergo
male reſpondes. Similiter ſequitur tu negas uerũ ⁊ ipertinẽs. ergo
male reſpondes. Similiter ſeqtur tu concedis falſum ⁊ ipertinẽs. er-
go male reſpondes.

Octaua regula.

Propter poſſibile tibi poſitũ non eſt impoſſibile cõcedendũ nec ne-
ceſſariũ negãdũ. patet qꝛ nullũ repugnãs eſt cõcedẽdũ neqꝫ ſequẽs
negãdũ. Sꝫ ĩpoſſibile cuilibet repugnat ⁊ neceſſariũ ſeqtur ad quod-
libet. ergo ⁊c̃. Quotiẽs ergo ꝓponit̃ aliq̃ illarũ deus eſt ⁊ hõ ẽ aſin⁹
ꝑma ẽ ſemp cõcedenda. ſcđa ṽo ſemp negãda.

Sed nota ꝙ duplex eſt neceſſariũ. ſ. p ſe ⁊ p accidens. Neceſſariuꝫ
p ſe eſt cui⁹ ſignificatũ adeq̃tũ nõ poteſt nec potuit nec poterit non eſ-
ſe: ut deus eſt. Neceſſarium per accidẽs eſt cuius ſignificatum adeq̃-
tum non poteſt nec poterit: ſed bene potuit nõ eſſe: ut ceſar fuit. Et p
oppoſitum duplex eſt impoſſibile ſcilicet per ſe ⁊ per accidens. Im-
poſſibile per ſe eſt cuius ſignificatum adequatum non põt nec potuit
nec poterit eẽ: ut nullus deus eſt. Impoſſibile per accñs eſt cuius ſi-
gnificatũ adequatũ nõ põt nec poterit ſed potuit eſſe: ut ceſar non fu-
it. Et ſemper duorum contradictoriorũ ſi vnũ eſt neceſſarium reli-
quũ eſt impoſſibile: ⁊ econuerſo ſi vnum eſt per ſe tale reliquũ ẽ per
ſe tale: ⁊ ſi p accñs per accñs. Intelligitur ergo regula de neceſſario ⁊
de ĩpoſſibili per ſe ⁊ nõ p accñs: qꝛ nõ ẽ inconueniẽſ propter ꝓpoſſibi-
le poſitũ concedere ĩpoſſibile per accidẽs ⁊ negare neceſſariũ per ac-
cidens. verbi gratia. ſi nunc primo ſortes naſcatur pono tibi illã. ſor.
nunquã fuit ẽ admittenda: qꝛ nõ ſolũ eſt poſſibilis ſed ṽa. deinde ꝓ-
pono eandem certũ eſt ꝙ eſt cõcedenda: quia poſita ⁊ ſtatim eſt facta
ĩpoſſibilis: qꝛ in rei ṽitate iam ſortes fuit per hoc modicum ſpacium
temporis ab inſtanti admiſſionis uſqꝫ nunc: ⁊ conſequenter ſua op-
poſita: ſortes fuit eſt neganda: ⁊ tamen eſt neceſſaria: ſed hoc non in-
conuenit: quia eſt neceſſaria per accidens: ſi ſua oppoſita eſt impoſſi-
bilis per accidens.

Nona regula.

Qualibet parte copulatiue conceſſa concedenda eſt tota copulati-
ua cui⁹ ille ſũt ptes: ⁊ cõceſſa una pte diſiunctiue concedenda eſt tota
diſiunctiua cui⁹ illa ẽ ps. pꝫ a ſimili. nã ſicut ad ṽitatem copulatiue re-
quirit̃ q̃libet ptẽ eẽ uerã: ⁊ ad ṽitateꝫ diſiũctiue ſufficit unã ptẽ eſſe
verã: ita reqritur ad hoc ꝙ aliqua illarũ ſit cõcedenda.

In obligationibus maxime ordo eſt attendendus: qꝛ ſepe vna ꝓpõ
uno ordine ꝓpoſita eſt ptinens ſequens: que alio ordine eẽt repugnãſ
vel ĩpertinens. vnde poſito ⁊ admiſſo ꝙ oĩs hõ ſit rome tunc q̃libet
iſtarum ſortes eſt hõ ⁊ ſortes eſt rome imediata ꝓpoſita eſſet iperti-
nens. ſꝫ ſi poſt illã ſor. eſt hõ ꝓponeret̃ alia ſortes eſt rome eſſꝫ ſeq̃nſ
⁊ eꝰ ſi poſt ꝓpoſitã illã ⁊ negatã ſortes eſt rome ꝓponeret̃ illa: ſor-
tes eſt hõ: eſſꝫ negãda tãquã repugnãs.

Iſti termini cõcedendũ negãdũ dubitãdũ dupliciť ſũmi pñt. ſ. no-
minaliter ꝙ digno cõcedi negari uel dubitari: ⁊ pticipialiter ꝓ eo ꝙ
cõcedit̃ negat̃ dubitat̃: ⁊ multũ differt alterũ ab altero. nam ſepe ali-
quid eſt ꝯcedendũ noĩaliter: quod eſt negãdũ ṽbalit̃ ⁊ eꝰ: ⁊ ita de du-
bitando. Si. n. ꝓponit̃ ꝙ illa rex ſedet: ſit poſita mihi ⁊ a me admiſ-
ſa: certũ eſt ꝙ oportet cõcedere ꝙ illa eſt cõcedendo noĩaliter: ⁊ tamẽ
quotiẽſcũqꝫ ꝓponitur illa rex ſedet eſt a me dubitanda pticipialiter.
Similiter ſi ponatur ꝙ illa ꝓpõ hõ eſt aſinus ſic ſignificãdo p̃ciſe ſit
mihi poſita ⁊ a me admiſſa: ſi ꝓponatur an ſit concedenda oportet cõ-
cedere nominaliter: ⁊ tamẽ quotienſcũqꝫ ꝓponitur illa. hõ eſt aſin⁹
eſt neganda participialiter.

Contra primã regulã.

Pono tibi illã: aliqđ tibi poſitũ nõ eſt a te admittendũ ſi nõ admit-
tis ꝯ hoc tibi poſitũ eſt poſſibile cũ ſit poſſibile ꝙ ponatur tibi aliqđ
ĩpoſſibile ſimpliciter ⁊ tu nõ admittis. ergo nõ oẽ poſſibile eſt a te ad-
mittendũ: quod eſt ꝯ regulã. ſi ergo admittis cõtra aliquod tibi poſi-
tũ non eſt a te admittendũ: ⁊ nihil eſt tibi poſitũ niſi poſſibile. ergo ali-
quod poſſibile non eſt a te admittendũ. tenet cõſequentia a ſimili: ali-
quis hõ currit: ⁊ nihil eſt hõ niſi cp̃s. ergo aliqs cp̃s currit. ⁊ añs ẽ cõ-
cedendum. nam maior eſt poſita ⁊ admiſſa ⁊ minor eſt vera ⁊ imper-
tinens. ergo concluſio concedenda ⁊ conſequenter regula neganda cũ
ſit ſua contradictoria.

Reſponſio.

Reſpondetur admittendo poſitũ cũ ſepe ponãtur nobis multa im-
poſſibilia que nõ ſũt admittenda: ⁊ ꝯcedit̃ conſequẽtia facta: ⁊ nego
ꝙ antecedẽs ſit cõcedendũ pro minori: ⁊ cum dicitur ꝙ eſt uera ⁊ im-

pertinens nego ꝙ ſit ipertinens nō tanquā uerū ſ; tanquā repugnāſ Iſta .n. repugnant ꝙ aliquid tibi poſitū nō ſit ad te admittendū ⁊ nihil ſit tibi poſitū niſi poſſibile: ⁊ ſi dicitur quid ergo ē tibi poſitū q̄d non eſt a te admittendū: dicitur ꝙ eſt vnu; impoſſibile vel icōpoſſibile: nec teneor te aliter certificare. Si vero ponatur caſus illo modo ꝙ aliquod tibi poſitum non ſit admittendum: ⁊ nihil ſit tibi poſitu; niſi poſſibile: dicitur non admittendo caſum: quia illa copulatiua eſt impoſſibilis: quia vna pars repugnat alteri. nam omne poſitum aut eſt poſſibile aut ipoſſibile: ⁊ oē admittēdū eſt poſſibile ſicut nō admittendū ē impoſſibile vel incōpoſſibile: repugnāt ergo iſta duo ꝙ ſit nihil poſitū niſi poſſibile: ⁊ ꝙ id nō ſit admittēdū: q᷑ ſi illud nō ē admittēdū illud ē ipoſſibile: ⁊ ex alia parte eſt poſſibile: q᷑ ē poſitū ſolū poſſibile. ergo idē poſitum eēt poſſibile ⁊ ipoſſibile: quod eſt impoſſibile.

Contra eandem regulam arguitur.

·Pono tibi omne poſſibile ſi non admittis. ergo non omne poſſibile eſt a te admittendum: quod eſt contra regulam: ſi admittis propono quelibet illarum tu es ⁊ tu non es a te concedenda. ⁊ patet ꝙ ſic: quia omne poſſibile eſt tibi poſitū ⁊ a te admiſſum. quelibet iſtarum eſt poſſibilis. igitur tibi poſita ⁊ a te admiſſa ⁊ oē a te admiſſū eſt cōcedendum a te: ſed quelibet illarū eſt a te admiſſa. ergo concedenda. tunc propono illam copulatiuā tu es ⁊ tu non es eſt concedenda. ſi negas contra. quelibet pars eſt concedenda. ergo ⁊ tota: ſi concedis ⁊ eſt impoſſibile ſimpliciter. ergo propter poſſibile poſitum eſt impoſſibile ſimpliciter concedendū.

·Reſponſio

·Reſpondetur multipliciter. quidam dicunt cum dicitur pono tibi omne poſſibile non reſpondeo: ita ꝙ ad illam non teneor reſpondere niſi pōatur propoſitio: vt illa tu curris uel ſibi ſimilis. vnde ſi dicitur pono tibi ꝓpoſitionē: nō reſpondetur niſi ponatur ꝓpoſitio aliq̄: tu curris vel ſimilis: ita in propoſito non teneor reſpondere niſi ponatur ꝓpoſitio poſſibilis.

Aliter dicunt alii ⁊ fere in idem redeunt cum dicitur: pono tibi oē poſſibile dicunt pone ⁊ reſpondebimus. ⁊ ſi dicitur pono: reſpondēt ꝙ ſi poneres libenter reſponderemus. ⁊ breuiter nunquā reſponderent: niſi poneretur ꝓpoſitio.

Alii vero dicunt ꝙ omne poſſibile eſt admittendum. ſed nō eſt admittendum omne poſſibile ſicut omnis homo eſt animal: ſed nullum

animal ē oīs hō. Cum ergo dicitur pono tibi omē poſſibile: quia ly pono ſtat determinate dicitur non admittēdo oē poſſibile: ⁊ cū dicitur ergo nō oē poſſibile eſt a te admittendum: dicitur negando cōſequentiam: ſic non ſequitur nullum caput h; oīs hō: ergo nō oīs homo habet caput.

Contra ſecūdam regulā.

·Pono tibi illam: reliquum iſtorum eſt homo demonſtrando ſortē ⁊ brunellum qua admiſſa quia poſſibilis: ꝓpono hoc iſtorum ē homo demonſtrando ſorte: certū ē ꝙ eſt concedenda: q᷑ vera ⁊ ipertinens. deinde ꝓpono reliquū iſtorū eſt hō: ſi negas ergo contra regulā quia negas poſitum: ſi concedis contra reliquū iſtorū ē hō ⁊ nō eſt reliquū iſtorū niſi brunellus: ergo brunellus ē hō.

·Reſponſio.

·Rn̄detur admittendo poſitū cōcedo ꝙ hoc iſtorū eſt hō demōſtrādo ſor. ⁊ cū dr̄ ꝓpono reliquū iſtorū eſt hō nego: ⁊ cū dicitur ꝙ nego poſitū dr̄ ꝙ nō ē icōueniens negare poſitum: cum nō eſt ꝓpoſitū in eadem forma ſub qua fuit poſitū. Fuit autem poſitū ꝑtitiue: quia in principio caſus nō potuit teneri relatiue cum nō haberet ans̄: poſt a fuit poſitū relatiue. ideo nō inconueniens eſt ipſum negare. ·Poſſes etiā diſtinguer̄ cum proponitur illa reliquum iſtorum ē homo an teneatur ꝑtitiue an relatiue: ſi ꝑmo modo concedo: ſi ſc̄do nego.

Contra tertiam regulam.

Oē ſequēs ex ſolo poſito ⁊ admiſſo aut cū ɔceſſo aut cū conceſſis eſt concedendum. Contra. Sit rei ṽitas ꝓ ut ſedes pono tibi illam: tu ſedes ⁊ illa ꝓpō tu nō ſedes: ſua contradictoria ſic p̄ciſe ſignificando ē tibi poſita ⁊ a te admiſſa: caſus eſt poſſibilis: quia una ps̄ iſtius copulatiue obligat te ad ꝓpōe; ⁊ alia ad rem. Si .n. ambe partes ꝑtinerent ad rem aut ad ꝓpōem caſus eſſet impoſſibilis: quo ergo admiſſo arguo ſic. Illa ꝓpō tu ſedes nō eſt cōcedenda ⁊ tamē ē ſequēs ex poſitio tanquā a copulatiua ad alterā ꝑtē: ergo nō oē ſequēs eſt cōcedendū quod ē contra regulam.

·Reſponſio.

·Reſpondetur admittendo poſitū ⁊ cōcedendo ꝙ illa tu ſedes non eſt concedēnda nominaliter cū ex caſu ſeq̄tur ꝙ ſua ɔ̄dictoria ſit concedenda: ⁊ conſequenter nego ꝙ ſequatur ex poſito ⁊ cum dicitur ꝙ ſequitur ex illa copulatiua concedo iſtud: ſed nego ꝙ illa copulatiua ſit poſita: ſed ſolum ſecunda pars eius eſt mihi poſita. ⁊ hoc nego non tanquam falſū: ſed tanq̄; repugnās: ⁊ ſi poneretur ꝙ illa copulatiua ſic p̄ciſe ſignificando ſit mihi poſita nō admitto caſum: quia

vtraqꝫ ps ꝑtineret ad ꝓpōnē vt ꝑus dictū ē: ⁊ in hoc caſu quotiēſcū
qꝫ ꝓponitur illa: tu ſedes: debes dicere concedo ⁊ negare ꝙ tu nō ſe
des: qꝛ hoc ſpectat ad rem. Si vero queritur an illa negatiua tu non
ſedes ē cōcedenda noīaliter dicitur ꝙ ſic: ⁊ conſequenter ꝙ illa affir/
matiua tu ſedes: eſt negāda noīaliter. Et ſi arguitur ſic. illa ꝓpō tu ſe
des eſt neganda: ⁊ cū ꝓponitur tu nō negas eā. ergo male reſpondeſ
dicitur negādo conſequentiā: qꝛ nō eſt incōueniens ꝙ vna ꝓpō ſit ꝯ
cedenda noīaliter: ⁊ tñ cōtinuo dum proponitur ſit neganda partici/
pialiter.

Contra quartam regulam.

Omne repugnans poſito ſolum aut poſito ⁊ conceſſo aut poſito ⁊
conceſſis eſt negandū. Contra. Pono tibi illā: tu nō es obligatus ca/
ſus eſt poſſibilis: quia poſſibile eſt ꝙ nemo te alloquatur ⁊ ꝙ tu nō
reſpondeas: quo admiſſo ꝓpono tibi illā: tu es obligat⁹: ſi cōcedis ha
beo contra regulā: ſi negas contra tu es obligat⁹ ad illā. ſ. tu non es
obligatus. ergo tu es obligatus.

Reſponſio.

Reſpondetur admittendo poſitū: ⁊ negādo illā tu es obligatus: ⁊
ſi dicitur quare negas? Hic ſis cautus in reſpondendo: qꝛ nō debes
dicere ꝙ iō negas qꝛ eſt repugnās q̄uis hoc ſit verū: quia ex iſto ſe
queretur ꝙ eſſes obligatus ſed dicas ꝙ tu negas quia eſt falſa quia
nō es obligatus. Et ſi dicatur in rei veritate tu es obligatus vt patet
ergo tu negas uerū ⁊ nō es obligatus. ergo male reſpondes. Huic di
citur negando ꝙ in rei veritate ſim obligatus nec hoc patet immo pa
tet oppoſitū. Similiter dicas ad iſtā pono tibi illā: nihil eſt tibi poſi/
tum: aut tu nō es ⁊ ſimiles que oēs ſūt admittende: qꝛ poſſibiles: ⁊
cū proponitur aliqua illarū ego poſui tibi illā. ſ. nihil eſt tibi poſitū
aut tu reſpōdes bene aut male oēs ſunt negande nō tanquā repugnā
tes qꝛ hec repugnāt ſed tanquā falſe lꝫ non ſint falſe in rei veritate ⁊
in hac pte obligatiōis oꝫ concedere id quod eſt rei falſitas pro rei ue
ritate. ⁊ negare illud quod eſt rei ueritas pro rei falſitate: ⁊ hoc nō in
conuenit: qꝛ ubi eēt ita ꝙ nihil eſſet mihi poſitum ⁊ ꝙ ego nō eſſem
obligatus certum eſt ꝙ tūc eēt uerum ꝙ non eſſem obligatus ⁊ ꝙ ñ
rñderem bene nec male. ideo non eſt mirum ſi bene reſpondeo dicē/
do ꝙ in rei ueritate non ſum obligatus qꝛ reſponſio debet fieri ac ſi
foret ita q̄uis non ſit ita.

Contra quintam regulam.

Omne ſequens ex poſito cum oppoſito bene negati: uel cum
oppoſitis bene negatorum eſt cōcededum. Contra. Ex iſta ſequitur

ꝙ admiſſo quocunqꝫ contingenti falſo foret quodlibet aliud conſe
quens quātūcūqꝫ falſum cōcedendū: probatur ſic. pono tibi illā: tu
es rome: qua admiſſa propono illam copulatiuam: tu es rome ⁊ tu
nō es papa. ⁊ patet ꝙ eſt neganda: quia falſa ⁊ impertinenſ. tunc pro
pono: tu es papa: ſi negaſ habeo contra regulam: quia ſequitur ex po
ſito ⁊ oppoſito bene negati. nam bene ſequitur tu non es rome: vel
tu es papa ſed tu es rome. ergo tu es papa. Iſta conſequentia eſt con
cedenda a diſiūctiua cū deſtructione vnius partis ad alteram: ⁊ an/
tecedens eſt concedendū: maior eſt oppoſita bene negati ⁊ minor eſt
poſita. ergo eſt concedendū conſequens: ſi ergo cōceditur ꝙ tu es pa
pa tūc habeo intētū: qꝛ ſicut probaui ꝙ tu es papa ſic probarē quod
libet aliud contingēs nō īpoſſibile poſito dūmodo īmediate poſtpo
ſitū ꝓponeret copulatiua facta ex poſito ⁊ oppoſito iſtius quod vis
probare.

Reſponſio.

Reſpondetur concedendo totū multotiens vna ꝓpō ꝑ ſe ſola ē im
pertinens alteri que poſt aliquod aliud negatū vel conceſſum ē fa/
cta pertinens eiuſdem ſicut in caſu noſtro illa ꝓpō tu es papa ē īper
tinens illi tu es rome ꝑ ſe ſola: ſꝫ poſt negatā copulatiuā factā ex po
ſito ⁊ oppoſito iſtius tu es papa eſt ꝑtinens ſcā ſequens. Et poſſꝫ il/
lud breui⁹ deduci ꝑponendo īmediate poſt poſitū illā diſiūctiuā tu ñ
es rome: vel tu es papa: que eſt concedenda: qꝛ īpertinens vera ex q̄
ſtatiꝫ ſequitur ꝙ tu es papa. arguendo ut prius a diſiunctiua cū de
ſtructione unius partis ſuper aliam.

Sed aduerte ne tibi probetur per hanc viam ꝙ tu es aſinus ſic ꝯ/
cedendo admiſſo ꝙ tu ſis rome proponatur hec copulatiua tu es ro
me ⁊ tu nō es aſinus ⁊ patet ꝙ eſt neganda qꝛ falſa ⁊ īpertinens ex
hoc ſequit̄ ꝙ tu es aſin⁹ arguendo ꝙ tu es aſinus ex oppoſito bñ ne
gati ſic. tu nō es rome uel tu es aſin⁹ ſed tu es rome per poſitum. er
go tu es aſinus.

Huic dicitur admiſſo poſito ⁊ concedo illam copulatiuam tu es ro/
me ⁊ tu non es aſinus ⁊ cū dicitur ꝙ eſt īpertinens hoc negetur im/
mo eſt pertinens ſequens qꝛ arguitur a parte copulatiue anteceden/
te ad quālibet partem ad totā copulatiuā ⁊ ſic arguendo eſt bōa ꝯſe
quentia. Hoc aūt ſic declarat̄. nā bñ ſeqtur tu es rome. ergo tu es ro
me ab eodem ad idem. ſimilit̄ ſequit̄ tu es rome. ergo tu non es aſi/
nus: quia ſeqtur tu es rome. ergo tu es a tertio adiacente ad ſecūdū
adiacens ſine īpedimēto ⁊ vltra tu es. ergo tu es tu: qꝛ ꝯdictoriū cō/
ſequentiſ non eſt intelligibile cum añte. Et vltra tu es tu. ergo tu es

iſte hõ a conuertibile ad conuertibile ⁊ vltra: tu es iſte hõ ergo tu es
hõ ab inferiori ad ſuũ ſuperius affirmatiue: ⁊ cum omnibus conditi
onibꝫ requiſitis ⁊ vltra tu es hõ. ergo tu nõ es aſinus: ab affirmatiua
vnius diſperati ad negatiuã alterius: ⁊ ſic pꝫ ꝙ ex illa tu es rome ſeq
tur q̃libet ps illius copulatiue tu es rome ⁊ tu non es aſinus: ⁊ cõſe-
quenter tota copulatiua ꝓpoſita. ⁊ ideo tanquã ꝑtinẽs ſequens eſt
concedenda. nõ ſic aũt erat in caſu ſuperiori: quia copulatiua nõ erat
ſequens ſm quãlibet ꝑtẽ expoſito: ⁊ cũ eẽt ĩpertinẽs falſa. ergo erat
neganda vt patet conſideranti.

Contra ſextam regulam.

Omne repugnãs poſito ⁊ oppoſito bene negati vel oppoſitis be-
ne negatorum ẽ negandũ. Contra. Preſuppoſita primo communi re
gula ꝙ oẽs rñſiões ſunt retorquende ad idem inſtans hoc ſtãte. Po
no tibi illã diſiunctiuam tu curris vel rex ſedet qua admiſſa: q2 poſ-
ſibilis ꝓpono nullus rex ſedet: ⁊ patet ꝙ eſt dubitanda q2 dubia eſt
⁊ in pertinens: tũc ꝓpono tu curris: patet ꝙ eſt neganda q2 falſa ⁊ ĩ-
pertinens: quia arguẽdo a diſiunctiua cũ dubitatione vniꝰ partis ſu
per aliam nõ valet conſequentia: ſed bene cũ de deſtructione. tũc ꝓ-
pono illam rex ſedet: ⁊ patet ꝙ eſt cõcedẽda: q2 ſequẽs ex poſito ⁊ op
poſito bene negati: nam ſequitur tu curris vel rex ſedet: ſꝫ tu nõ cur
ris ergo rex ſedet: tũc propono illam nullus rex ſedet: ſi negas cã ⁊ ꝓ
us dubitaſti. ergo male reſpõdes. tenet ꝯña per regulam preſuppoſi
tam: ſi ergo dubitas habeo contra ſextam regulam: nam illa nullus
rex ſedet eſt repugnans poſito ⁊ oppoſito bene negati: quia ſuum cõ
tradictorium. ſ. rex ſedet eſt ſequens vt probatum eſt: ergo per regu
lam eſſet neganda ⁊ non dubitanda.

Reſporſio.

Reſpondetur admittendo poſitũ ⁊ dubitãdo illã nullus rex ſedet
cum primo ꝓponitur q2 eſt ĩpertinens falſa ⁊ cũ ꝓponitur illa nul-
lus rex ſedet ſemper eſt neganda ⁊ ſua oppoſita. ſ. rex ſedet eſt conce
denda: ⁊ hoc quia illa rex ſedet eſt facta pertinẽs ſequẽs ⁊ nullus rex
ſedet eſt facta pertinens repugnãs: ⁊ cum dicitur ꝙ hoc eſt contra re
gulam dicitur ꝙ nõ ẽ quia illa regula eget duabꝰ limitatiõibus. prĩo
ꝙ intelligitur de reſponſionibus quo ad concedere ⁊ negare ⁊ nõ ali
ter quia nõ inconuenit vnam propoſitionem ꝑmo dubitare ⁊ poſtea
concedere uel negare. ⁊ hoc quia primo fuit imꝑtinens dubia ⁊ mo-
do eſt facta ſequẽs vel repugnãs ſicut in exemplo prius dicto admiſ
ſa illa diſiunctiua tu curris vel rex ſedet quelibet illarũ ẽ dubitanda

rex ſedet ⁊ nullus rex ſedet quia imꝑtinens dubia: et dubitato uno
contradictoriorũ oꝫ dubitare reliquum. Deinde ꝓpoſita illa tu cur-
ris et negata. quia falſa eſt et imꝑtinens oꝫ deinceps concedere illã
rex ſedet tanquam ſequentem ex poſito uel oppoſito bene negati: q2
bene ſequitur tu curris vel rex ſedet. ſed tu nõ curris. ergo rex ſedet
⁊ conſequenter ſuam oppoſitam ſcilicet nullus rex ſedet opꝫ negare
tanquam repugnantem. ſcd̃a limitatio eſt ꝙ nulla fiat mutatio ex ꝑ-
te rei vnde ſi ponatur illa tu es rome qua admiſſa me admittente et
hñte ambas manus aptas. tũc ſi ꝓponatur iſta: nulla manus mea ẽ
clauſa: dico ꝙ eſt concedenda q2 ṽa et imꝑtinens. deĩde me clauden
te manus propono manus mea eſt clauſa. et patet ꝙ eſt concedẽda ⁊
hoc propter mutatiõem factã ex parte rei. et ſi dicit̃ hoc repugnat cõ
ceſſo. ergo nõ eſt cõcedendũ. neget̃ cõſeq̃ntia: q2 lꝫ repugnet cõceſſo
ergo nõ eſt cõcedẽdũ. neget̃ ꝯña: q2 lꝫ repugnet cõceſſo hoc tñ nõ ĩcõ
uenit qñ illud cõceſſũ fuit imꝑtinẽs ⁊ nõ ẽ factũ aliunde ꝑtinẽs ⁊ fa
cta eſt mutatio ex ꝑte rei. ⁊ ſic patet ꝙ nõ eſt cõtra regulam ꝓpter ꝑ-
mam limitationem.

Contra quintam regulam.

Ad omne imꝑtinens rñdẽdũ eſt ſꝫ ſui qualitatẽ. Cõtra. Pono tibi
illam: tu es rome ⁊ illa tu es rome: eſt ĩꝑtinẽs ſimplicit̃ caſus eſt poſ-
ſibilis: q2 poſſibile ẽ ꝙ tu ſis rome ⁊ ſis obligatus te currere: ⁊ tunc
illa propoſitio tu es rome eſt omnino impertinẽs. Admiſſo ergo ca
ſu ꝓpono tibi illã tu es rome ſi concedis vel dubitas. ergo ꝯ regulã
q2 nõ rñdes ad ĩꝑtinẽs ſm ſui q̃litatẽ: nã ꝑ caſũ illa eſt ĩꝑtinẽs ⁊ ex-
tra caſũ negãda q2 falſa. ergo nõ eſt dubitãda vel cõcedenda ſed ne-
ganda: ſi ergo negaſ cõtra illa eſt ſequẽs. ergo eſt cõcedenda ꝯñtia te
net: ⁊ añs ꝓbat̃. nã ſeq̃tur tu es rome ⁊ iſta tu es rome eſt imꝑtinẽs
ſimpliciter. ergo tu es rome illa ꝯña eſt concedenda a copulatiua ad
alterã eius partem: ⁊ añs eſt concedendum quia poſitum. ergo con-
ſequens eſt concedendum.

Reſponſio.

Huic dr̃ admittendo poſitum ⁊ cũ proponitur illa tu es rome con
cedo illam: q2 in rei veritate eſt ſequens licet non debeam dicere ꝙ
ſit ſequens: q2 eſſet repugnans: ⁊ cum dicitur ꝙ vario rñſionem nõ
reſpondendo ad imꝑtinens ſm ſui qualitatem: hoc negatur imo di-
co ꝙ reſpondeo ſm ſui qualitatem: ⁊ cũ dicit̃ ꝙ illa eſt impertinẽs ⁊
extra caſum falſa. nego illam copulatiuam ꝓ ſcd̃a ꝑte immo dico ꝙ
in rei veritate eſt vera: ideo concedo ipſam: quia ⁊ impertinenſ ⁊ hoc
oportet concedere: non tanquam verum ſed tanq̃ꝫ ſequens. ⁊ ideo di
co ꝙ eſt concedenda tanq̃ꝫ vera ⁊ imꝑtinens. Et cum dicitur ꝙ iſta

tu es rome eſt cõcedenda tanq̄ ſequẽs negeť illud tanq̄ repugnãs:
nã iſta repugnãt illa ꝓpõ tu es rome ẽ impꝉinens ſimpliciť ⁊ eſt ſe/
quẽs: ⁊ cũ fiebat ꝯña a copulatiua ad alterã pꝛtẽ dꝛ ꝙ illa ꝯña eſt ꝯce
dẽda: ſed negeť ꝙ añs ſit cõcedẽdũ tanq̄ poſitũ. ſed bene legeť ꝙ ẽ
cõcedendũ tanq̄ veꝝ ⁊ ipꝉinens: ⁊ ſi dicitur cedat tempus obligati/
onis admittatur. ⁊ cũ queritur vtꝝ ſit vera: tu es rome dicitur ꝙ nõ
vnde non eſt inconueniens in obligatione negare rei veritatem cum
ſit repugnans ſed extra tempus obligationis ſemper rei veritas eſt
fatenda.

Ali⁹ caſus huic ſimilis poſſet fieri ⁊ eodẽ mõ ẽ rñdẽdũ vt ſi pona
tur ꝙ tu ſis rome ⁊ nõ ſis obligat⁹ vel nihil ſit tibi poſitũ ĩ q̊ caſu eli
cias rõnem vt dictum eſt.

Sit etiam alius caſus cõis pono ꝙ tu ſis rome quo admiſſo: quia
poſſibile propono tu es rome in hoc inſtanti. ⁊ pꝫ ꝙ eſt neganda qꝛ
falſa ⁊ impertinens. ꝙ ſit falſa eſt manifeſtum ⁊ ꝙ ſit impertinens ꝓ
batur. nam non ſequitur nec repugnat: ꝙ non ſequatur patet: qꝛ non
ſequitur tu es rome. ergo tu es rome in hoc ĩſtanti. quia poteſt ſtare
oppoſitum conſequentis cum antecedente: nam hinc ad vnum annũ
poſſet eſſe ꝙ tu eſſes rome ⁊ non in hoc inſtãti demonſtrando per ly
hoc inſtans ꝙ ẽ pñs: qꝛ tũc hoc inſtãs erit elapſum: nec etiam repu/
gnat: qꝛ ſtat te eſſe rome in hoc inſtanti patet ergo ꝙ eſt impertinẽs
falſa ergo neganda. Si ergo negas: contra omne quod eſt rome eſt
rome in hoc inſtanti. ſed tu es rome. ergo tu es rome in hoc inſtanti
probatur maior. omne quod eſt rome eſt rome in aliquo inſtanti pre
ſenti: ſed tu es rome. ergo tu es rome in aliquo inſtanti preſenti: ⁊
tunc vltra tu es rome in aliquo inſtanti preſenti. ſed nullum eſt in/
ſtans preſens niſi hoc. ergo tu es rome in hoc inſtanti quod erat
probandum.

Reſpondetur admitendo poſitum ⁊ negando illã tu es rome ĩ hꝫ ĩ
ſtanti: qꝛ eſt impertinens falſa vt probatum eſt: ⁊ negatur ꝙ omne
quod eſt rome eſt rome in hoc inſtanti tanquam repugnans: ⁊ ad ꝓ
bationem negetur iſta ꝙ nullum eſt inſtans preſens niſi hoc tanquã
repugnans: ⁊ ſi dicitur. ergo eſt aliquod inſtans preſens quod non
eſt hoc. dicitur concedo: ⁊ ſi dicitur quod eſt illud: dicitur ꝙ ẽ a vel
b ⁊ non determinetur aliter talis queſtio: ſed non concedas ꝙ ẽ aliꝺ
inſtans q̄ hoc quia ex hoc ſequeretur ꝙ hoc inſtans eſſet quod eſt re
pugnans: ⁊ patet conſequentia: quia alietas ⁊ differentia non ca/
dunt niſi inter entia ſimul. quia alietas dicit relationem. relatio
autem exigit extrema ſimul ſicut paternitas exigit patrem ⁊ prolē ⁊

iuxta hoc concedendum ꝙ tu nunc ſeu in hoc inſtanti non habeſ ocu
los neq̄ pedes ⁊ nunc nihil ſis. immo nunc non eſt deus neq̄ aliqꝺ
in rerum natura: quod patet quia contradictoria illarum ſunt negan
da: ſed non propter hoc conceditur ꝙ nunc ſis cecus nec nunc obli/
tus ſis omnibus propoſitionibus: quia ille ſunt affirmatiue falſe.
Et aduerte ꝙ in caſu iſto poſſet ordo variari ita ꝙ eſſet concedendũ
ꝙ tu eſſes rome in hoc ĩſtãti vt ſi ponatur ꝙ tu ſis rome. quo admiſ
ſo proponatur immediate poſt poſitum hoc inſtans eſt. ⁊ patet ꝙ eſt
concedendum: quia verum ⁊ impertinens. tunc ſi proponatur tu es
rome in hoc inſtanti eſt concedendum tanquam ſequens: nam bene
ſequitur tu es rome ⁊ hoc inſtans preſens eſt. ergo tu es rome in hoc
inſtanti preſenti: quia non poſſunt eſſe plura inſtantia ſimul: ⁊ ideo
multum debet attendi ordo in obligationibus vt prius dictum eſt:
nam admiſſo ꝙ omnis homo ſit rome ſi immediate proponitur tu
es rome eſt neganda tanquam impertinens falſa. ⁊ conſequenter eſt
negandum qꝺ tu es homo tanquam repugnans poſito ⁊ oppoſito
bene negati. vbi vero fuiſſet ordo variatus ⁊ immediate poſt poſi/
tum fuiſſet propoſita iſta tu es homo fuiſſet concedenda tanquam
vera ⁊ impertinens: ⁊ conſequenter fuiſſet concedenda illa tu es ro/
me tanq̄ ſequens ex poſito ⁊ conceſſo. ecce quõ ordo ẽ valde obſer/
uandus in obligationibuſ.

Contra octauam regulam.

Propter poſſibile tibi poſitum non eſt impoſſibile concedendum
nec neceſſarium negandum. Contra. Pono tibi illaꝫ impoſſibile ſim/
pliciter eſt tibi poſitum ⁊ a te admiſſum ſi non admittis contra poſſi
bile eſt quod tu male admittas: quia potes in reſpondendo errare
cũ non ſis deus. Ideo ſi admittať caſus ſicut eſt admittendus: pro/
pono ĩpoſſibile ſimpliciter ẽ a te cõcedendũ ſi negas tu negas ſeq̄ns
ex poſito. nam omne tibi poſitũ ⁊ a te admiſſum ẽ a te concedendum
Sed impoſſibile ſimpliciter eſt a te concedendum: quia eſt tibi poſi/
tum ⁊ a te admiſſum. ſi ergo concedis habeo intentum. quia propter
poſſibile tibi poſitum tu concedis qꝺ impoſſibile ſimpliciter ẽ a te cõ
cedendum.

Ad hoc dicunt quidam qꝺ nõ ẽ incõueniẽs qꝺ ꝓꝑ poſſibile poſitũ
impoſſibile ſimpliciter ẽ cõcedendum nõialiter: ſed non participiali
ter: ⁊ ſic ĩtelligitur regula. Alii vero dicunt qꝺ nullo mõ ꝓpter poſſi
bile poſitum impoſſibile ſimpliciter ẽ cõcedendũ neq̄ nõialiter neq̄
ꝑticipialiter ⁊ hoc rñdẽte bene admittẽte ſicut intelligitur regula. ſed
reſpondente nõ bene admittẽte nõ eſt inconueniens ſicut eſt in caſu

p̄dicto.nā cū ponit̄ ipoſſibile ſimplicit̄ rn̄dens bn̄ rn̄dendo nō oȝ ad
mittere:⁊ cū dicit̄ ꝙ ipſe nō ē deus ⁊ pōt errare.ergo pōt admittere
impoſſibile ſimpliciter.

Reſponſio.

Huic dr̄ concedo ꝙ poteſt admittere ſed nō bene reſpōdēdo ſicut
itelligit̄ regula.Sed ſi ponat̄ ꝙ impoſſibile ſimpliciter ſit tibi poſitū
⁊ a te bene admiſſum dicit̄ nō admittendo quia hoc eſt impoſſibile.
Eodem modo reſpondeas ad illam pono ꝙ iſta homo eſt aſinus ſit
tibi poſita ⁊ a te admiſſa ſic preciſe ſignificando:et ad ſimiles harum
reſponſionum prima vadit magis ad verba:ſecunda autem ad intel
lectum regule.

Contra nonam regulam.

Conceſſa qualibet pte copulatiue cōcedēda eſt illa copulatiua cui⁹
ille ſunt partes et cōceſſa vna pte principali diſiunctiue cōcedēda eſt
tota diſiunctiua cuius illa eſt pars.Contra.Pono tibi iſtam omne ui
gilans eſt aſinus quo admiſſo qꝛ poſſibile ꝓpono illam copulatiuā
omne vigilans eſt aſinus et tu eſt vigilans.ſi cōcedis ſequitur ꝙ tu
es aſinus:ſi negas habeo intentū qꝛ copulatiua eſt neganda et tn̄ q̄li
bet pars eſt concedenda:p̄ma tanq̄ȝ poſita et admiſſa:et ſecūda tāq̄ȝ
vera et impertinens.

Reſponſio.

Rn̄det̄ admittēdo poſitū.et cū ꝓponit̄ illa copulatiua nego ipſaȝ
et ↄſeq̄nt̄ nego ꝙ q̄lȝ ps ſit ↄcedēda imo ſcd̄a ps ē negāda tāq̄ȝ repu
gnās qꝛ ſua oppoſita eſt ſeq̄ns ex poſito et oppoſito bene negati.naȝ
bene ſeqt̄ oē vigilās nō eſt aſin⁹:vel tu nō es vigilās.ſȝ oē vigilās ē
aſin⁹ ꝑ poſitū.ergo tu nō es vigilās.

Contra regulam.

Pono tibi illā oīs hō currit q̄ admiſſa qꝛ poſſibilis ꝓpono illā co/
pulatiuā tu es hō et tu curris.et pȝ ꝙ eſt negāda qꝛ falſa et iptinens
nō.n.ſeqt̄ oīs hō cur.ergo tu es hō et tu curris:qꝛ cū toto anteceden
te ſta: te nō eſſe nec etiā repugnat vt pȝ:et tn̄ q̄lȝ eius ps eſt cōceden
da:p̄ma tanq̄ȝ ꝟa tu es hō.ſecūda tanq̄ȝ ſequens ex poſito et p̄ma p/
te copulatiue.ergo ⁊c̄.

Reſponſio.

Reſpondetur admittēdo poſitū:et nego illā copulatiuā imediate
ꝓpoſitā tāq̄ȝ falſā et iptientēȝ:et nego ꝙ q̄lȝ ps cōcedenda imo dico
ꝙ prima pars eſt neganda tanquā repugnans qꝛ ſua oppoſita eſt ſe
quens ex poſito et oppoſito bene negati.nā ſequit̄ formaliter omnis
homo currit tu non es homo vel tu nō curris.ergo tu non es homo

qꝛ illa tu nō es hō ſeqtur ex poſito ex qualibet parte diſiūctiue pre/
dict:.ergo ſeqtur ex poſito ⁊ tota di.ſiūctiua.Aſſumptū pȝ.nam ſe
qtur oīs hō cur.⁊ tu nō es hō.ergo tu nō curris a copulatiua affirma
tiua ad alterā ptē:ſimiliter ſeqtur oīs hō currit tu nō curris.ergo tu
nō es hō:ergo ſeqtur formalit̄ ex copulatiua diſiūctiua oīs hō currit
⁊ tu nō es hō vel tu nō curris.ergo tu nō es hō.ergo ſua oppoſita ē
negāda tanq̄ȝ repugnans.

De conuertibilibus.

Sub hac p̄ma ſpē ſūt due alie.ſ.cōuertibiliū ⁊ ſimiliū de qb⁹ ē di
cendū:⁊ p̄mo de cōuertibilib⁹ ꝓ qb⁹ ſit hec p̄ma regula.

Prima regula.

Si ponātur due ꝓpōnes couerti ſic adequate ſignificādo ſicut cō
muniter ſolēt quaꝝ vna ē neceſſaria ⁊ alia impoſſibilis:ut deus ē ⁊
hō eſt aſinus:vel vna neceſſaria ⁊ alia cōtingens:ut deuſ eſt ⁊ tu cur
ris:vel vnua poſſibilis ⁊ alia impoſſibilis:vt tu curris ⁊ homo eſt
aſinus:vel vna alteri cōtradictorie repugnans caſus eſt impoſſibi/
lis ⁊ nullatenus admittendus:qꝛ multa ſequerentur inconueniētia
nam primo quero utrum hec ſit vera deus eſt:ſi dicitur ꝙ ſic.ergo
⁊ alia homo eſt aſinus ſecum conuertibilis eſt vera ſignificans ade/
quate hominem eſſe aſinum.ergo homo eſt aſinus:⁊ ſequitur ꝙ il/
la homo eſt aſinus eſt falſa ſignificans adequate deū eſſe:ergo de/
us non eſt:quod eſt impoſſibile.Item ſequitur ꝙ in conſequentia
bona ex vero ſequitur falſum:nam facio iſtam conſequentiam de⁹ ē
ergo homo eſt aſin⁹.⁊ pȝ ꝙ ē bona a cōuertibili ad conuertibile ⁊ an
tecedens ē veꝝ:qꝛ ſuum ſignificatum eſt verum.ſ.deum eſſe:⁊ ↄn̄s
falſum cum ſignificet adequate hoiem eſſe aſinum.Item ſequit̄ ꝙ i
ↄn̄a bona ⁊ formali ex neceſſario ſequitur impoſſibile.vt pȝ in predi
cta ↄn̄a cuius an̄s eſt neceſſarium:qꝛ ſignificatum adequatum eſt ne
ceſſarium:⁊ ↄn̄s eſt impoſſibile:qꝛ ſuum ſignificatum eſt impoſſibi
le. Similiter probatur ſecunda pars regule.nam oppoſito dato ſe
quitur ꝙ in ↄn̄a bona ex neceſſario ſequitur contingens pȝ ſic argu/
endo.deus eſt.ergo tu curris ⁊ eſt bona conſequentia a conuertibili
ad conuertibile:⁊ an̄s eſt neceſſarium:vt patuit ⁊ conſequens conti
gens cum ſignificatum ſuum adequatum ſit contingens.ſ.te currere
Seqtur etiā ꝙ illa deus eſt ſignificans adequate deum eſſe ē cōtin/
gens vel ꝙ illa tu curris ſignificans adequate te currere eſt neceſſa/
ria. Similiter probatur tertia ps regule ꝙ dato oppoſito ſequitur
ꝙ in conſequentia bona ex poſſibili ſequitur ipoſſibile ⁊ ꝙ eadē ꝓ/
poſitio ē poſſibilis ⁊ ipoſſibilis. Similiter ꝓbat̄ quarta ps regu/

le ꝙ dato oppoſito ſequitur ꝙ duo ꝯdictoria ſūt ſimul vera vel ſi-
mul falſa: quia quero ſi illa duo conuertūtur ſic adequate ſignificando
tu curris ⁊ tu non curris: vtrū ꝑma ſit vera vel falſa: ſi vera ergo ⁊
alia ē vera cū ꝯuertāt: ſi falſa ergo ⁊ alia eſt falſa ⁊ ſūt duo ꝯdictoria
inuicē ꝯtradicētia. ergo duo ꝯdictoria ſūt ſimul vera uel falſa quod
eſt impoſſibile. quod autem ſint inuicem contradictoria. pꝫ. quia ante
caſum erant contradictoria ⁊ tunc ſignificabant preciſe ſicut nunc. er
ergo ⁊ nūc ſunt contradictoria. Et notanter dicitur in quarta par-
te regule contradictorie repugnans: quia ubi due ꝓpoſitiones ꝯtra
riarentur in materia contingenti etiam ſic adequate ſignificando ca-
ſus debet admitti ⁊ negari vtraqꝫ illarum tanquam falſum. ſicut ſi
ponantur illa conuerti ſic adequate ſignificando ſic quilibet homo ē
chriſtianus nullus homo eſt chriſtianus caſus debet admitti ⁊ vtra
qꝫ illarum negari. non enim inconuenit duo contraria eſſe ſimul fal
ſa ſed bene ſimul vera: ſed duo contradictoria non poſſūt eſſe ſimul
falſa nec ſimul vera. ⁊ ſic patet tota regula quod ad quattuor partes
eius principales.

Secūda regula

Si ponantur alique propoſitiones ꝯuerti non faciendo mentionē
qualiter ille ſignificent caſus eſt admittendus ⁊ quo ad concedere ⁊
negare debes ad illas quandocunqꝫ proponuntur reſpondere intus
ſicut extra: ſed quo ad verum vel falſum neceſſarium vel contingēs
poſſibile vel impoſſibile: ad primum debes reſpondere ſicut ad im-
pertinens ⁊ ad ſecundam ſicut ad primam tanquam ſequens. verbi
gratia: ſi ponantur iſta conuerti deus eſt ⁊ homo eſt aſinus non faci
endo aliq̄ꝫ mentōem de eaꝝ ſignificatiōe admittitur caſus: ⁊ quotiē-
cunqꝫ proponitur illa deus eſt debet concedi. ⁊ alia homo eſt aſinus
debet negari: quia ſunt impertinentes. vt patet. ergo non debet vari
ari reſpōſio aliter q̄ꝫ extra: ſi vero ꝓponat̄ an illa ſit vera deus eſt: ꝯ
ceditur tanquam verum ⁊ impertinens: ⁊ conſequenter ꝙ illa eſt ve
ra: homo eſt aſinus: ⁊ ſi arguitur ſic. hec eſt vera homo eſt aſinus. er
go homo eſt aſinus negatur conſequentia: ſed oportet addere ꝙ ade
quate ſic ſignificet hominem eſſe aſinum quod negatur. Si vero
econtra fuerit primo propoſita hec propoſitio: homo eſt aſinus ē fal
ſa ⁊ impoſſibilis conceditur conſequenter quod iſta deus eſt: eſt fal-
ſa ⁊ impoſſibilis: ⁊ ſi ex illo concluditur quod ſit falſum ⁊ impoſſibi
le deum eſſe negetur conſequentia: ſed oportet addere ꝙ ſic adequa
te ſignificet ꝙ negetur. Et ſi dicitur quid ergo adequate ſignificat di
citur quod ſignificat falſum ⁊ impoſſibile: ⁊ ſi dicitur an illa ſit con-
cedenda deus eſt primo loco propoſita dicitur ꝙ ſic: ⁊ conſequenter
ꝙ illa homo eſt aſinus eſt ꝯcedenda ⁊ tamen quotienſcunqꝫ propo
nitur eſt a te neganda: eſt enim concedenda nominaliter ⁊ neganda ꝑ
ticipialiter. Et ſi arguitur ſic tu concedis vnum conuertibilium ⁊ ne-
gas reliquum. ergo male reſpondes dicitur negando conſequentiā:
Sed bene ſequitur tu ꝯcedis unum conuertibilium eſſe uerū ⁊ ali
ud falſum: aut unum eſſe poſſibile ⁊ aliud impoſſibile: aut unum ne
ceſſarium ⁊ aliud contingens: aut unum concedendum nominaliter
⁊ aliud negandum nominaliter. ergo male reſpondes: ⁊ ſic patet ꝙ
non ſequuntur aliqua inconuenientia que ſequebantur in prima re-
gula quia non manet una neceſſaria ⁊ alia contingens: aut una poſſibi
lis ⁊ alia impoſſibilis nec remanent contradictoria: ſed fiunt conuer
tibiles ꝓpōnes: ⁊ ideo ratio regule eſt: quia propoſitiones in uoce ⁊ in
ſcripto ſignificant ad placitum: ſatis. n. poſſibile eſt ꝙ omnes ꝯuer-
tātur nō faciendo mentōeꝫ de antiq̄ ſignificatōe autentica ipſarū: ⁊
ſi a prima impoſitōe iſta: homo ē aſinꝰ ſignificaſſet deū eſſe adeq̄te
continue fuiſſet uera.

Tertia regula.

Si ponantur due ꝓpoſitiones impertinentes conuerti etiam ſic a
dequate ſignificando caſus debet admitti et ad primam debet reſpō
deri intus ſicut extra. et ad ſecundam conſequenter ſicut ad primam
uerbi gr̄a. ſi ponantur iſta ꝯuerti adequate ſignificādo tu es ep̄us et
tu es albus admittitur. et ſi ꝓponitur tu es ep̄s dꝫ negari et ꝯſequē
ter dꝫ negari: ꝙ tu es albus: et ſi ꝓponatur an hec ſit uera tu es ep̄us
negatur et conſequenter conceditur ꝙ hec eſt falſa: tu es albus. Si
uero uariaretur ordo: et primo proponitur an hec ſit uera tu es albꝰ
conceditur tanquam uera et impertinens et conſequenter ꝙ eſt uera
tu es epiſcopus cum conuertatur cum illa. et conſequenter oportet ꝯ
cedere ꝙ tu es albus et epiſcopus tanquam ſequens. cum quelibet
illarum ſignificet ſicut cum communiter ſolet. Ex predictis ſequitur
ꝙ ſi ponatur ꝙ iſte terminus aſinus conuertatur cum iſto termino
homo adequate ſignificando caſus non debet admitti: ſed non facta
mentione ſignificationis autentice caſus debet admitti. et cum pro-
ponitur iſta: homo eſt aſinus debet negari et concedi ꝙ eſt uera ſed
non ſignificat adequate hominem eſſe aſinum. ſꝫ hoīem eē hoīeꝫ uel
aſinū eē aſinū. Similiter ſi ꝓpōit̄ ꝙ a ſit nomē tuū uel deus uel leo
uel gallus caſus dꝫ admitti et dꝫ ꝯcedi ꝙ iſta eſt uera. tu es a uel de
us uel gallus uel leo. et qbꝰ nō ſeq̄t̄ ꝙ tu ſis a uel leo uel gallus: quia
nulla illarū ſic adeq̄te ſignificat: ſꝫ ſolū adeq̄te ſignificat te eē te. Ita

dicatur ſi ponatur ꝙ nomen tuum ſit ſine nomine concedo ꝙ hec ē vera tu es ſine nomine ⁊ negando qđ tu es ſine nomīe. ⁊ ſic de aliis infinitis.

De ſimilibus.

Prima regula.

Si ponanᷣ alique ꝓpōnes eſſe ſimiles ſic adequate ſignificādo q̄rū q̄libet ſit alteri imptinēs caſus ē admittendꝰ. Et ad p̄mā rn̄dēduz ē ſicut ad impertinēs: ⁊ ad ſcđam ſicut ad ptinēs ſeq̄ns ⁊ intelliguntᷣ ꝓpōnes eē ſimiles ī ꝟitate falſitate neceſſitate cōtingentia poſſibilitate īpoſſibilitate ꝯcedēdo negādo dubitādo noīaliᷣ ſʒ nō ꝑicipialiᷣ. exē plū regule. Si ponanᷣ iſta eē ſimilia ſic adeq̄te ſignificādo tu es papa ⁊ tu es albus admittēdus ē caſus: ⁊ ſi ꝓponiᷣ primo tu es papa ē negāda tāq̄ȝ falſa et impertinēs et ꝯn̄ter iſta alia tu es albus ē neganda tanquam ſequens. Si ꝟo fuiſſet primo ꝓpoſita iſta tu es albus cōceditur tanq̄ȝ vera ⁊ iptinēs: ⁊ ꝯn̄ter alia tu es papa: ⁊ vtraq̄ȝ ē ꝟa tanq̄ȝ ſequēs vt pȝ.

Scđa regula.

Si ponāᷣ alique ꝓpōes eē ſimiles ſic adeq̄te ſignificādo q̄rū vna ē neceſſaria ⁊ alia īpoſſibilis: vel vna ē nec̄aria ⁊ alia ꝯtigēs: uel una poſſibilis et alia īpoſſibilis: uel una alteri ꝯ̄dictoria repugnās: caſus nō ē admittēdꝰ ꝑp īcōueniētia multa q̄ ſequūᷣ ſicut patuit ī p̄ma regula cōuertibiliū. iō nō oȝ replicare. ubi ꝟo ꝯ̄rie repugnarēt poſſent eē ſimul falſe ī materia cōtīgēti ut ibidē patuit.

Tertia regula.

Si ponātur due ꝓpōnes eē ſimiles nō faciēdo mētōeȝ de adeq̄ta ſignificatōe eaꝝ caſus ē admittendus. et ad q̄libet illaꝝ quo ad concedē negare reſpōdēdū eſt ītus ſicut extra. ſʒ quo ad veꝝ uel falſum poſſibile uel īpoſſibile cōtingenſ uel neceſſariū cōcedendū dubitādū nominaliter ſumptū.

Reſponſio.

Ad p̄mū rn̄dēdū ē ſicut ē ꝟitas et ad ſcđʒ ꝯn̄ter ſicᷣ ad p̄mū huiꝰ rei exēplū habuiſti ī ſcđa regula cōuertibiliū: ut ſi ponāᷣ iſte eē ſimiles deus eſt et hō eſt aſinꝰ etc̄.

Quarta regula.

Si ponantur due ꝓpōnes eē ſimiles ſic ꝑciſe ſignificando q̄rum una ſic ſe habeat ad aliā ſicut oppoſitum an̄tis ad ꝯn̄s. ut tu non curris et tu moueris. uel tu non es albus et tu es coloratus. uel tu neſcis tibi cōcludi et tibi concluditur admittitur caſus: et quelibet illarum ē concedenda eſſe uera. poſſibile eniȝ eſt ꝙ tu non curris et tu mouearis: ⁊ ꝙ non ſis albus ⁊ ſis coloratus. ⁊ ꝙ tibi cōcludatur lȝ ꝙ tu neſcis illud qꝛ forte non intelliges argumentum: ſed caue ne concedas ꝙ aliquod iſtorum ſit falſū: qꝛ ſi illa eēt falſa tu non curris. ergo ſua contradictoria vera tu curris. ⁊ tunc fieret illa conſequentia tu curris ergo tu moueris illa conſequentia eſt bona ⁊ an̄s eſt verū per rn̄ſionem. ergo ⁊ conſequēs. ſ. tu moueris ⁊ ex alia parte erat falſa qꝛ ille erant ſimiles ī falſitate tu non curris ⁊ tu moueris. ergo eadem ꝓpō eſſȝ ſimul falſa ⁊ vera ⁊ ſequitur ꝙ in conſequentia bona ex vero ſequitur falſum quod eſt īpoſſibile.

Contra regulam.

Sed contra hāc regulā arguitur. ⁊ pono ꝙ ſortes n̄ ſit hō ⁊ ſit animal ſint ſimilia ſic ſignificando ꝑciſe caſus ꝑ regulā poſſibilis ⁊ admittendus quo admiſſo per regulā ſunt ambo vera. ergo hec eſt vera tu es aīal ſignificans adequate te eſſe animal. tunc vltra tu es aīal. ergo tu es tu es. ergo tu es tu tu es tu. ergo tu es iſte hō tu es iſte hō ergo tu es hō. oēs iſte ꝯn̄e facte ſunt bone ⁊ formales ⁊ an̄s huiꝰ vltime ꝯn̄e facte ē veꝝ. ergo ⁊ conſequēs eſt uerum. ſ. tu es hō. ⁊ ex alia parte illa eſt ꝟa tu nō es hō: ⁊ ſūt ꝯ̄dictoria ad inuicem. ergo duo cōtradictoria ad inuicem ſunt ſimul ꝟa.

Reſponſio.

Reſpondeᷣ ergo ꝙ regula nō intelligit q̄litercūq̄ȝ ponaᷣ oppoſitum an̄tis ⁊ ꝯn̄s eē ſimilia ſic ſignificādo debere admitti. ſʒ ſolū qn̄ ex oppoſito an̄tis ⁊ ꝯn̄te ſit copulatiua poſſibilis. nā iſte due ſpēs obligatiōis ſimiliū ⁊ cōuertibiliū ſūt ſpēs poſitiōis. In poſitione autēȝ nihil debet admitti niſi poſſibile ut patuit ſupra.

Si ponātur plures ꝓpōes eē ſimiles quarū una ſe hȝ ad aliam ſicut oppoſitū ꝯn̄tis ad an̄s caſus eſt admittendus: ⁊ utraq̄ȝ illarū eſt neganda: ⁊ cōcedenda eē falſa: ut tu curris ⁊ tu nō moueris ⁊ tu es albus ⁊ tu nō es coloratꝰ. tu ſcis tibi concludi ⁊ tibi nō cōcluditur. Prima ps regule pȝ dū hō ſuauiter deambulat utraq̄ȝ illarū eſt falſa tu curris ⁊ nō moueris: ⁊ ſic dicas de aliis. Secūda ps regule ꝓbatur. nā ſi hec eſt ꝟa tu curris. ergo ⁊ iſta tu nō moueris ſibi ſimilis eſt ꝟa tūc facio illā conſequentiā tu curris. ergo tu moueris. illa ꝯn̄a eſt bona ⁊ an̄s eſt verū ꝑ reſponſionem. ergo ⁊ cōſequens. ergo illa ſunt ſimul ꝟa ⁊ tu moueris: ⁊ tu nō moueris ſic ſignificādo quod eſt impoſſibile cū ſint cōtradictoria. Sequitur ēt ꝙ eadem ꝓpō eſt vera ⁊ falſa. nā iſta eſt ꝟa tu moueris ut probatum eſt: ſʒ ꝓbo ꝙ eſt falſa quia ſua contradictoria eſt uera. ergo ipſa eſt falſa. an̄s pȝ per reſponſionem. Et ſequitur tertio ꝙ in ꝯn̄a bona ex uero ſequitur falſū. nā iſti

conſequentie bōe tu curris, ergo tu moueris. aῆs eſt uerū p rīſſionez ⁊ cōſequēs falſū: ut nūc ꝓbatū eſt cū ſua ꝯdictoria. ſ. tu nō moueris ſit uera, ergo ⁊c̄.

De diſſimilibus.

Dicuntur ꝓpōnes diſſimiles quando vna eſt ꝟa et reliq̄ falſa: una neceſſaria uel impoſſibilis alia contingens uel poſſibilis: una conce-denda alia neganda uel dubitanda nominaliter: ⁊ tunc hec ſit prima regula.

Prima regula.

Si ponātur due ꝓpōes eſſe diſſimiles ſic adequate ſignificādo q̄rum vna eſt alteri ipertinens casus debet admitti. Et ad p̄mā rñdēdū ē intus ſicut extra cū ſit ipertinens: ⁊ ad aliā diſſimiliter ut admiſſo ꝙ ille ſint diſſimiles tu es albus ⁊ tu vigilas: ⁊ quecūqꝫ primo loco ꝓ-ponitur debet concedi ⁊ alia negari: ⁊ ubi utraqꝫ extra caſum eſſet falſa tunc prima debet negari ⁊ ſecunda concedi ut tu curris ⁊ tu es papa.

Si ponātur due ꝓpōes eſſe diſſimiles ſic adeq̄te ſignificādo quaꝝ una aῆcedit ad aliā ⁊ nō ecōtra caſus eſt admittendus i materia con-tingenti ⁊ aῆs vbicūqꝫ ꝓponit̄ eſt negandū ⁊ ꝯῆs cōcedēdum ut tu curris ⁊ tu moueris. In ꝯῆa. n. bona ex falſo aῆ ſeqtur uerū. ſꝫ caue ne concedas aῆs: q2 tūc oporteret cōcedere cōſequens ⁊ conſequent̄ quālibet illarū eſſe uerā nec nūc eſſent diſſimiles qꝺ eſt ꝯ caſuꝫ.

Si ponāt̄ due ꝓpōes eſſe diſſimiles ſic adeq̄te ſignificādo q̄rum una eſt neceſſaria et alia ipoſſibilis vel cōtingens admiſſo caſu ſemꝑ debet negari cōtingens ipoſſibile et cōcedi neceſſaria q2 nō ē incōue-niens ꝓpōez contingentē eē falſā: ſꝫ caue ne cōcedas ꝓpōnez contin-gentem q̄tūcūqꝫ extra caſū eſſꝫ ꝟa q2 tūc oporteret negare ꝓpōnem neceſſariā ſic adequate ſignificādo et cōcedere ipſam eē falſā quod ē ipoſſibile.

Si ponāt̄ due ꝓpōes diſſimiles eē ſic adeq̄te ſignificando que con-uertant̄ nō eſt admittendus caſus: ſicut ſūt iſte due hō currit riſibile currit: aut ubi una antecedit ad aliā et eꝯ vt de⁹ eſt hō ē. q2 neceſſari-um ſeqtur ad quodlibet. caſus nō eſt admittendus: q2 ſi concederes vnā eſſe uerā oporteret negare aliā eſſe veram. et ſic nō conuerteren-tur. et ab uno cōuertibili ad reliquū nō eſſꝫ bōa conſequentia. et opor-teret cōcedere ꝙ ꝓpō neceſſaria ſic p̄ciſe ſignificādo eſſꝫ falſa. nā ſi il-la eſſet uera deus eſt alia eſſꝫ falſa. ſ. homo eſt ſic adeq̄te ſignificādo cū ſit ſibi diſſimilis et tñ eſt neceſſaria cā ſuū ſignificatū adeq̄te ꝫ ſit neceſſarium ſic ſignificādo p̄ciſe.

Si ponātur due ꝓpōes eē diſſimiles nō faciendo mentionē de ea-rum ſignificatiōe caſus ē admittendus ⁊ quo ad concedere ⁊ negare ad quālibet earum rñdeatur intus ſicut extra. ſed quo ad uerum uel falſum ad p̄mā rñdeatur ſicut ad ipertinēs ⁊ ad ſecūdā diſſimiliter. Ꝟbi grā admiſſo ꝙ iſte ſunt diſſimiles deus eſt ⁊ hō ē. tunc quelibet illarū extra caſū ē concedēda in caſu tñ que p̄mo loco ꝓponitur eſt concedēda eē ꝟa ⁊ que ſecūdo negāda cū ſit ei in caſu diſſimilis. exēplū ē ſi ſtante caſu ꝙ iſte ſint diſſimiles deus eſt ⁊ hō eſt p̄mo loco ꝓpo-natur iſta de⁹ eſt, cōcedatur tanquā uerū ⁊ ipertinens. ⁊ ꝯñter ꝙ illa eſt falſa hō eſt cū ſit ſibi diſſimilis. ⁊ oꝫ ēt negare ꝙ adequate ſigni-ficat hoīez eē imo ſignificat adequate vnū falſū. ſi queritur qꝺ ſit il-lud nō eſt certificādū niſi hoc mō ſtet ꝙ ſit a vel b: ⁊ ſic de aliis ſigni-ficatis falſis. Et de diſſimilib⁹ hec dicta ſufficiant.

De depoſitione.

Depoſitio eſt obligatio oppoſita poſitioni. nā nō eſt aliud unā ꝓpo-ſitionem deponere q̄ꝫ ſua oppoſita latēter ponere. ⁊ iō cū oppoſitoꝝ ſit eadem diſciplina facile ē hāc ſpēꝫ obligatiōis itelligere poſt p̄maꝫ ſpeciem: ſit igitur hec p̄ma regula.

Prima regula.

Omē depoſitū eſt admittendū niſi ſit neceſſariū. pꝫ q2 quodlibet ali-ud apud logicū nō iplicat eſſe negandū.

Secunda regula.

Omē depoſitū ⁊ admiſſum a te infra tēpus obligatiōis ꝓpoſitū eſt negandū: nā hoc petit deponens.

Tertia regula.

Omē per ſe aῆs ad depoſitū aut cū cōceſſo uel cōceſſis oppoſito be-ne negati aut oppoſitis bene negatorū ſemp eſt negādū. Ꝟbi grā: de-poſita ⁊ admiſſa iſta tu moueris eſt negāda iſta tu curris. q2 ea cōceſ-ſa oꝫ cōcedere depoſitū qꝺ eſt ꝯ ſecūdā regulā. ſimiliter depoſita et admiſſa iſta aliqs hō nō currit: ⁊ cōceſſa iſta tu nō curris q2 ē iperti-nens ⁊ ꝟa: ⁊ ultra ſi ꝓponit̄ iſta tu es aliqs hō eſt negāda: q2 cū vno conceſſo antecedit ad depoſitū. nā bene ſequitur tu nō curris ⁊ tu es aliqs hō. ergo aliquis hō nō currit.

Quarta regula.

Omē repugnans depoſito ⁊ omne ſequens ex illo per ſe cum cōceſ-ſo uel conceſſis oppoſito bene negati uel oppoſitis bene negatorum eſt concedendum. verbi gratia: depoſita ⁊ admiſſa iſta aliquis homo non currit ſi proponatur ſua contradictoria quilibet hō currit eſt con-cedenda cū ſuum cōtradictorium ſit negandū: ⁊ ſi ꝓponit̄ iſta q̄libet

bō moueť ē cōcedenda tanꝗ̄ ſequēs per ſe: nā bene ſequiť q̄libet bō currit. ergo q̄libet bō moueť: ⁊ ſi proponatur tu es aliq̄s bō ē cōcedē da tāquā ꝟa ⁊ ipertinens ⁊ conſequenter eſt cōcedendū ꝙ tu curris tanquā ſequens ex oppoſito depoſiti cū vno conceſſo. nā bene ſequitur q̄libet bō currit tu es aliq̄s bō. ergo tu curris.

Quinta regula.

Oē repugnās ꝯdictorio depoſiti ꝑ ſe aut cū cōceſſo vel ꝯceſſis oppoſito bene negati vel oppoſitis bene negatorū ē negādū: vt ſi in caſu primo ꝓponatur iſta: aliq̄s bō nō moueť. aut ſi poſt conceſſam illā tu es aliq̄s bō ꝓponať illa tu nō curris ābe ſunt negande. ꝑma q: repugnat contradictorio depoſiti ꝑ ſe: ⁊ ſecūda q: repugnat eidē cū vno conceſſo.

Sexta regula.

Ad omne ſequens ⁊ ad oē ipertinens rn̄dendū eſt ſm̄ ſuī q̄litatem vt depoſita ⁊ admiſſa iſta: tu es albꝰ ſi proponať iſta: tu es coloratus ē cōcedenda: q: nō eſt incōueniens in ꝯn̄a bōa negare an̄s ⁊ cōcedere cōſequens: q: ex falſo ſequiť uerū. ⁊ ſi ꝓponatur iſta tu curris eſt neganda tanquā ipertinēs falſa: et in hac ſpecie obligationis dicitur ipertinens qḋ nō ſequitur ad depoſitū nec antecedit ad ipſum nec eidem repugnat nec ſequitur ad oppoſitū depoſiti nec eidem repugnat per ſe vel cum aliis ſicut depoſita iſta: ſortes currit tunc iſta papa currit ei erit oīno ipertinens:

Sicut impertinens	An̄cedēs	An̄cedēs	Negandū
Concedendum	ꝯdictorīū	depoſitum	negandū
Concedendum	ſequens	quens	ſiċ iptinēs

Nunc ad exercitiū iuuenū aliq̄ exempla i materia depoſitiōis volo deducere. et ꝑmo depoſita tibi illa aliqua ꝓpō nō eſt ꝟa q̄ admiſſa ꝓpono tibi illā q̄libet ꝓpō eſt ꝟa: et patet ꝙ eſt concedenda poſtꝗ̄ ē negādū ꝙ aliq̄ ꝓpō nō eſt ꝟa. tūc arguo ſic: q̄libet ꝓpō eſt ꝟa illa eſt ꝓpō. ſ. aliqua ꝓpō nō eſt ꝟa. ergo iſta eſt ꝟa. tūc ultra iſta eſt ꝟa et ſignificat p̄ciſe ꝙ aliq̄ ꝓpō nō eſt ꝟa. ergo aliq̄ ꝓpō nō eſt ꝟa iſta conſequentia eſt concedenda et an̄s eſt cōcedendū. ergo et cōſequens: ſ3 cōſequēs eſt depoſitū. ergo depoſitū cōcedendū eſt. ergo ⁊c.

Reſponſio.

Reſpondetur admittendo depoſitū et negādo ꝙ iſta ſic p̄ciſe ſignificet qḋ eſt īpoſſibile caſui. et ſi poneretur in p̄ncipio caſus nō admitteretur vt patebit in materia inſolubiliū.

Sc̄do depono tibi illā tu es bō vel tu curris qua admiſſa quia eſt diſiunctiua contingens propono: tu es bō: et patet ꝙ eſt cōcedenda: q: ipertinens ꝟa q̄ conceſſa ꝓpono: tu es bō vel tu curris et p3 ꝙ eſt concedenda a p̄te diſiūctiue ad totā ⁊ ē depoſitū. ergo depoſitū ē cōcedendū.

Reſponſio.

Rn̄deť admittendo depoſitū. ⁊ cū ꝓponitur iſta tu es bō negatur q: oē an̄s ad depoſitū ē negādū per tertiā regulā. ⁊ cū dr̄ ꝙ eſt ipertinens hoc negatur: q: i hac ſp̄ē obligatiōis dr̄ ipertinens qḋ nō ſequitur nec antecedit ad depoſitū nec eidem repugnat nec ſequitur ex oppoſito depoſiti ut ꝑus dictū ē. vn̄ ꝓ regula eſt obſeruādū ꝙ depoſita aliqua diſiūctiua q̄libet eius pars p̄ncipalis eſt neganda. Jn copulatiua ꝟo hoc non eſt neceſſarium q: pōt negari copulatiua ⁊ concedi altera pars niſi eēt copulatiua cuiꝰ vna pars eſſet neceſſaria ⁊ altera contingēs. tūc. n. negata copulatiua o3 negare p̄te3 contingentem quantūcūq3 foret vera.

Tertio depono tibi illam antixp̄s nō eſt albus vel antixp̄s nō ē coloratus. caſus eſt admittendus q: eſt diſiūctiua cōtingens cū quelibet ps ſit contingens ⁊ nulla alteri repugnās. eo igitur admiſſo ꝓpono tibi illā antixp̄s ē coloratꝰ ſi cōcedis ꝯ tu cōcedis an̄s ad depoſitū ergo male rn̄des ſi negas. cōtra tu negas ſequēs ex oppoſito depoſiti. ergo male rn̄des. p3 cōſequentia ꝑ q̄rtā regulā ⁊ ꝓbať an̄s. nā bene ſeq̄tur ātixp̄s eſt albꝰ ⁊ antixp̄s nō eſt coloratꝰ. ergo antixp̄s ē albꝰ ⁊ vltra ātixp̄s eſt albꝰ. ergo antixp̄s eſt coloratꝰ. ergo de primo ad vltimū antixp̄s eſt albꝰ. ergo eſt coloratꝰ ⁊ ſic ſequūtur vndiq3 āguſtie.

Reſponſio.

Reſpōdeť nō admittendo depoſitū q: eſt neceſſariū cū ſuū oppoſitum ſit īpoſſibile. ⁊ cū dr̄ ꝙ eſt diſiūctiua cōtingens q: vtraq3 ps eſt contingens ⁊ nulla alteri repugnās reſpondeť negando cōſequentiā q: ad contingentiā diſiūctiue req̄rūtur tria: primo ꝙ utraq3 ps ſit cōtingens. ſecūdo ꝙ nulla repugnet alteri: tertio ꝙ cōtradictoria illarū partiū non repugnent adinuice3 q̄liter nō eſt i ꝓpoſito.

Tractatus de inſolubilibus ſextus.

Jnſolubile eſt ꝓpō de q̄ fit mentio i aliq̄ certo caſu q̄ ſi cū eodē caſu ponať ſignificare p̄ciſe ut ꝟba eiꝰ cōmuniter p̄tendūt ex ſic eſſe ſic adeq̄te ſignificať ꝑ ipſā ſeq̄tur nō ſic eē ſic adeq̄te ſignificatur ꝑ ipſā ⁊ ecōtra.

Caſus de inſolubili.

Caſus ꝟo de īſolubili eſt ille i q̄ fit mentio de aliqua certa ꝓpōe q̄ ſi cum eodem caſu ponatur ſignificare p̄ciſe ſicut ꝟba eius cōīter pretendunt ex ſic eſſe ſicut adequate ſignificatur per ipſā ſequatur ⁊ ecōtra. Exemplum utriuſq3 ſi ponať ꝙ ſortes ſit oīs ſortes ⁊ dicat illa3 ⁊ nullam aliam ſortes dicit falſum que ſit a ſic ſignificātem totꝰ iſte

caſus dicitur caſus de inſolubili. ⁊ illa ꝓpoſitio ſortes dicit falſū dr̄ inſolubilis ꝓpō. nā ſi cū toto caſu poneretur ꝙ illa ſignificaret p̄ciſe ut cōiter ſolet ſeqtur ꝙ ſit ita ⁊ ꝙ nō eſt ita ſicut adequate ſignificat̄ per ipſam ⁊ eꝯ. nā quero vtrū a ſit uera vel falſa: ſi uera ergo ita eſt ſicut p̄ciſe ſignificat. ſed ſignificat p̄ciſe ꝙ ſortes dicit falſū. ergo ſor- tes dicit falſum ⁊ nō dicit niſi a. ergo eſt a falſa: ſi dr̄ ꝙ eſt falſa. ergo ſignificat aliter q̄ꝫ eſt: ſed illa ſignificat p̄ciſe ꝙ ſortes dicit falſū. ergo nō eſt ita ꝙ ſortes dicit falſum ⁊ non dicit niſi a. ergo a non eſt falſū quod eſt contradictio. Jō pro bona r̄nſione in iſta materia aduerte cū ſit caſus de inſolubili aut ſit mentio qualiter īſolubile ſignificat. aut non. ſi non: tunc ſit tibi iſta prima regula.

Prima regula:

Quod ad inſolubile primo loco ꝓpoſitum reſpondendū eſt oīo ſi- cut extra caſum. et ratio eſt quia tunc eſt īpertinens. verbi gratia. Si ponatur ꝙ unus papa ſit omnis papa ⁊ dicat iſtam ⁊ nullam aliā pa- pa dicit falſū et nō fiat mentio q̄liter iſta ꝓpō ſignificet tunc ſi pro- ponitur p̄mo loco papa dicit falſū eſt dubitanda quia eſt impertinēs ⁊ extra caſum dubia. non enim ſequitur unus papa eſt omnis papa dicens illā ⁊ nullaꝫ aliam papa dicit falſum: ergo papa dicit falſum: quia cum toto antecedente ſtaret ꝙ iſta papa dicit falſum ſignifica- ret deum eſſe adequate nec etiā repugnat q2 ſtaret illam ſignificare hoīeꝫ eē aſinū adeq̄te: ⁊ tunc dicendo iſtam diceret falſum: ſimiliter ſi ponatur ꝙ adā dicat iſtam et nullā aliam adā dicit falſum. tunc ſi ꝓponatur illa primo loco adam dicit falſum eſt neganda: quia eſt im- pertinens ⁊ falſa: ſi ponatur ꝙ iſta ſit ſola in mundo falſū eſt tūc ꝓ- poſita iſta p̄mo loco falſum eſt concedenda q2 eſt īpertinēs et extra caſum cōcederetur. Si v̄o fiat mentio qualiter illa ſignificāt tūc vel ponitur ꝙ ſignificet preciſe ſicut uerba eius cōiter pretendunt: uel ſic et non preciſe. ſi primo modo ſit hec ſecūda regula ꝙ caſus nullo mō eſt admittendus: quia ſequitur ex illo formaliter cōtradictio ut ſi po- natur ꝙ iſta uniuerſalis ſit oīs ꝓpō. ſ. oīs ꝓpō eſt falſa et ſignificet p̄- ciſe ſic ſimiliter ꝙ iſta indefinita ſit ſola in mundo falſum eſt. Simili- ter iſta indefinita ſit ſola in mūdo ſic preciſe ſignificando propoſitio indefinita non eſt uera: ſimiliter iſta ſingularis hoc eſt falſum uel hoc non eſt uerum ſeipſa demonſtrata ſic preciſe ſignificando. Similiter iſta exceptiua nulla propoſitio preter exceptiuam eſt falſa ſit ſola ex- ceptiua ī mūdo ſic preciſe ſignificando aut iſta excluſiua tm̄ excluſi- ua eſt falſa ſit ſola excluſiua ſic preciſe ſignificādo nullus illorū caſu- um eſt admittēdus quia quocūqꝫ admiſſo ſequitur formaliter cōtra- dictio ut facile patet intuenti.

Si v̄o ponatur ſignificare ſicut v̄ba ciꝰ cōiter pretēdūt ſꝫ nō preci- ſe ſic caſus eſt admittendus: ⁊ inſolubile vbicūqꝫ ꝓponitur eſt cōce- dendū: ⁊ cōcedendū ē ipſum eſſe falſum ⁊ negandum ipſum eē verū vt ſi ponatur ꝙ ſortes dicat illā ⁊ nullā aliam ſortes dicit falſum ſic ſignificando ut ſolet: ſed nō p̄ciſe ⁊ ſit a admittit̄ caſus ⁊ cōceditur a quādocūqꝫ ꝓponitur: ⁊ dr̄ ꝙ a eſt falſū ⁊ negetur ꝙ a ſit verū. Jſta regula hꝫ tres ptes. prima probat̄ ſic. omne ſequens eſt concedendū ſed inſolubile in tali caſu eſt ſequēs. ergo eſt concedendum. probat̄ minor. ⁊ facio iſtā conſequētiā: ſortes dicit ſolū illā ſortes dicit fal- ſum ſic ⁊ non preciſe ſic ſignificantem. ergo ſortes dicit falſū. iſta cō- ſequentia ē concedenda ⁊ antecedens eſt concedendum quia poſituꝫ ergo ⁊ conſequens eſt concedendum ⁊ conſequēs eſt inſolubile. ergo inſolubile eſt concedendū. ꝙ aūt conſequentia illa ſit concedenda pꝫ quia oppoſitū conſequentis ⁊ antecedens repugnant. ſ. ꝙ ſortes di- cat illā ſortes dicat falſum ⁊ nullā aliā ſic ⁊ non preciſe ſic ſignifican- tem ⁊ ſortem ⁊ ſortes non dicat falſum. nam ſi non dicit falſum ⁊ di- cit a ꝓpōeꝫ: ergo a ꝓpō ē uera. ergo qualiter illa ſignificat aſſertiue ita eſt: ſꝫ iſta ſignificat aſſertiue ꝙ ſortes dicit falſū. ergo ſortes dicit falſum qđ ē ꝯdictoriū: ⁊ ſic pꝫ p̄ma ps regule ꝙ inſolubile eſt cōce- dendum tanq̄ꝫ ſequēs.

Deinde ꝓbatur ſcđa ps regule faciliter. nā ſeqtur ſortes dicit fal- ſum ⁊ nō dicit niſi a. ergo a ē falſa. iſta ꝯña ē cōcedēda ⁊ añs ē cōce- dendū. nā maior ē inſolubile ⁊ minor ē caſus. ergo c. cōſequēs ē cō- cedendū ⁊ ꝯñs eſt ſecūda ps regule. ergo ⁊c̄.

Ex illa ſequitur ſtatī tertia ps regule: nā ſi ipſū inſolubile concedē- dū ē eſſe falſum. ergo negādū ē ipſū eſſe ueꝝ. ⁊ ſic pꝫ tota regula q̊ ad oēs ptes ciꝰ q̄ ſūt tres. Et ſi arguitur ſic hec ē falſa ſortes dicit fal ſum. ergo ſignificat aliter q̄ꝫ ē: ſed iſta ſignificat ꝙ ſortes dicit falſū. ergo aliter eſt q̄ꝫ ſortes dicit falſū. Huic dicitur negādo ſecūdā cōſe quētiā ſicut nō ſequitur iſta ꝓpō hō eſt aſinꝰ ſignificat aliter quā eſt ſed iſta ſignificat hoīeꝫ eſſe. ergo aliter eſt q̄ꝫ ꝙ hō ſit: ſꝫ oꝫ addere ꝙ p̄ciſe ſignificet. ⁊ ſi illud additur cōſequētia eſt bona ſꝫ negat̄ añs: ⁊ ſi queratur qđ ergo ſignificat p̄ciſe iſta ſor. dicit falſū: dr̄ ꝙ illa ſigni ficat p̄ciſe ꝙ ſortes dicit falſū ⁊ ꝙ ipſa ē v̄a ⁊ nō eſt falſa ꝓ primo ſi gnificato ſꝫ pro ſecūdo ſignificato.

¶ 7. Contra p̄dicta arguitur. ¶ 7.

Sꝫ ꝯ p̄dicta arguitur multipliciter. nā poſito ꝙ iſta vniuerſalis ſit ſola ī mūdo oīs ꝓpō ē falſa ſic ſignificādo ⁊ nō ponendo p̄ciſe q2 nō admitteretur caſus ⁊ ſit a ſcḋm regulā a eſt falſa. Sꝫ uolo ꝓbare ꝙ a ē

vera ⁊ facio iſtã ꝯñaꝫ hoc eſt falſum ⁊ hoc eſt a. ergo a eſt falſa: ſed a eſt oīs ꝓpõ vniuerſalis: ergo oīs ꝓpõ vniuerſalis eſt falſa. Jſta ꝯña eſt bona a reſoluentib⁹ ad reſolutã: qꝛ vniuerſalis ꝓpõ põt reſolui qñ vniuerſalis hꝫ vnũ ſuppoſitũ tm̃ ⁊ añs eſt verum. ergo ⁊ ꝯñs: ⁊ ꝯñs eſt a. ergo a eſt uerũ. Scđo arguitur ꝓpõ vniuerſalis eſt falſa ⁊ nulla eſt ꝓpõ vniuerſalis q̄n illa ſit falſa. ergo oīs ꝓpõ vniuerſalis eſt falſa: iſta ꝯña eſt bona ab exponentib⁹ ad expoſitã ⁊ añs eſt verũ. ergo ⁊ cõſequens quod eſt īſolubile. ergo ⁊c̃. Jtem tm̃ falſũ eſt ꝓpoſitio uniuerſalis. ergo oīs ꝓpoſitio uniuerſalis eſt falſa. iſta cõſequentia eſt bõa ab excluſiua ad uniuerſalem de terminis trãſpoſitis: ⁊ añs eſt uerum ut pꝫ per exponentes. ergo ⁊ cõſequens quod eſt a.

Secũdo arguitur.

Secundo p̃ncipaliter arguitur de inſolubili particulari ⁊ de īdefinito dato ꝙ a ſit illa particularis uel indefinita aliq̃ ꝓpõ particularis eſt falſa. uel iſta ꝓpõ indefinita eſt falſa ⁊ ſit ſola in mundo ſic ſignificando et dictuꝫ eſt per regulam ꝙ a eſt falſuꝫ. Sꝫ cõtra arguitur ſic. hoc eſt falſum demõſtrãdo a et hoc eſt ꝓpõ p̄ticularis uel īdefinita. ergo aliq̃ ꝓpõ p̄ticularis uel īdefinita eſt falſa. iſta cõſequentia eſt bona a reſoluentib⁹ ad reſolutã: et añs eſt ueruꝫ ut patet. ergo et conſequens: et cõſequens eſt a. ergo eſt uerum.

Jtem oīs ꝓpõ p̄ticularis eſt falſa. ergo aliqua ꝓpõ p̄ticularis eſt falſa conſequentia eſt bona a ſubalternante ad ſubalternatam et antecedens eſt uerum ut patet per exponentes. ergo et conſequens qđ eſt a. Jtem facio iſtaꝫ cõſequẽtiã ꝓpoſitio p̄ticularis eſt falſa. ergo aliqua ꝓpõ p̄ticularis eſt falſa. iſta conſequentia eſt bona ab indefinita ad ſuã p̄ticularem ⁊ añs eſt uerum ꝑ reſoluentes. ergo et cõſequens quod eſt a. ergo ⁊c̃.

Tertio arguitur.

Tertio p̃ncipaliter arguit̃ pono ꝙ ſortes dicat illã ſortes dicit falſum ⁊ nullam aliam ſic ſignificantem que ſit a ⁊ dictum eſt ꝙ a eſt falſum. Sed cõtra volo probare ꝙ a eſt verum ⁊ arguo ſic falſũ dicitur a ſorte. ergo ſortes dicit falſum. iſta conſequentia eſt bona a paſſiua ad ſuã actiuã ⁊ antecedẽs eſt verũ ut patet reſoluẽdo. ergo ⁊ cõſequens quod eſt a.

Jtem omne dicens a dicit falſum. ſed ſortes dicit a. ergo ſortes dicit falſũ. iſta conſequentia eſt bona in darii ⁊ añs ē verũ: ut patet. ergo ⁊ conſequens quod eſt a. Jtem contradictorium a eſt falſũ. ergo a eſt verũ. iſta conſequentia eſt bona ⁊ añs ē verũ: nam iſta eſt falſa: ſortes nõ dicit falſũ: qꝛ ꝑ miſſionẽ ſoꝛ. dicit falſum. ergo iſta eſt vera ſoꝛ. dic̃ falſũ q̄ ē a: ⁊ pꝫ cõſeq̃ntia qꝛ iſta ꝯdicũt ſoꝛ. dic̃ falſũ ⁊ ſoꝛ. ñ dic̃ falſũ: qꝛ ī ſingularib⁹ nõ refert p̄ponẽ ⁊ poſtponẽ negatõeꝫ

Quarto arguitur.

Quarto p̃ncipalit̃ arguit̃ pono ꝙ tu ⁊ ſortes ſitis oẽs loq̃ntes ⁊ ſortes dicat iſtã ⁊ nullã aliã deus eſt ⁊ tu dicas iſtã hoī tm̃ ſoꝛ. dicit uerꝫ ⁊ ſit a ſic ſignificãdo ⁊ nõ p̄ciſe. ⁊ uolo ꝓbare ꝙ a ē uerꝫ: nã omne dicens uerꝫ eſt ſoꝛ. ergo tm̃ ſoꝛ. dicit uerꝫ. iſta cõſeq̃ntia eſt bõa ab vniuerſali ad ſuam excluſiuam de terminis trãſpoſitis ⁊ añs eſt verꝫ ergo ⁊ ꝯñs qđ eſt a. ergo a eſt verũ. Jtem ſoꝛ. dicit uerũ ⁊ nihil non ſoꝛ. dicit uerũ. ergo tm̃ ſoꝛ. dicit uerũ. iſta ꝯña eſt bõa ab exponẽtib⁹ ad expoſitã ⁊ añs eſt uerũ. ergo ⁊ cõſequens qđ eſt a: ergo ⁊c̃. Jtẽ nihil p̄ter ſoꝛ. dicit verũ. ergo tm̃ ſoꝛ. dicit uerũ: iſta conſequentia ē bona ab exceptiua negatiua ad excluſiuã affirmatiuã ſibi correſpondentem ⁊ añs eſt verũ. ergo ⁊ conſequens qđ eſt a. ergo ⁊c̃. Jdem argumentum poſſet fieri de exceptiua ponendo ꝙ tu diceres ſolum iſtam nullus hõ p̄ter ſoꝛ. dicit uerũ. ⁊ arguitur ad ipſam ſuo mõ ſicut factũ eſt de excluſiua.

Quinto arguitur.

Quinto principaliter arguitur ſic. nam ex iſta poſitione ſequitur ꝙ nullum eſt inſolubile ſine caſu. patet per diffinitionem inſolubilis ſuperius poſitã: et tñ multa ſũt inſolubilia ſine caſu ſicut vniuerſalia: ut oīs ꝓpõ eſt falſa et nulla eſt ꝟa. Similiter iſta ſingularia hoc eſt falſum hoc nõ eſt verum ſeipſo demõſtrato: ⁊ maxime de iſta ego dico falſum ubi nõ oꝫ ponere: ꝙ ꝑ ly ego demonſtrer ego: qꝛ ꝓnomẽ prime perſone ſummit demõſtrationẽ ex loquẽte ſꝫ cõeꝫ cõſuetudinẽ.

Sexto arguitur.

Sexto p̃ncipalit̃ arguit̃ ꝯ iſtã poſitõeꝫ: qꝛ ip̃a põit uolũtarie ꝙ qđlibꝫ īſolubile ſignificet vltra ſignificatũ cõe ꝙ ipꝫ ē uerꝫ ⁊ nullã cãm addit q̄re ſic ſignificet.

Septio arguit̃.

Septio ⁊ vltio arguit̃ qđ multa ſũt inſolubilia alia q̄ꝫ iſta q̄ cõcernũt uerꝫ uel falſũ ſicut ſũt iſta ꝭ ē neſcitũ demõſtrato ſeip̃o ⁊ nulla ꝓpõ eſt negatiua ⁊ ſimilia: ⁊ tñ nulla eſt facta de iſtis mentio.

Pro ſolutione.

Pro ſolutõe hoꝝ argumẽtoꝝ notãda ſũt aliq̃: p̃mo qđ ꝓpõ uera ñ hꝫ aliqđ ſignificatũ aſſertiuũ falſũ: pꝫ aliter ex uero ſeq̄ret̃ falſuꝫ in conſequentia bona ⁊ formali: ſimiliter patet in omnibus propoſitionibus veris: nã iſta de⁹ eſt homo eſt aĩal ⁊ ſic de ſingulis habent aliqđ ſignificatũ aſſertiuũ falſũ: ⁊ ſi dicis iſta ꝓpõ nullus homo eſt aſinus eſt ꝟa ⁊ tñ ſignificat hominẽ eſſe aſinũ qđ ē falſũ: huic dr̃ ꝙ nõ ſignificat aſſertiue hoīem eſſe aſinũ: ſed ſolum rep̄ſentatiue qꝛ ex ne

gatiua nõ ſequitur affirmatiua. voco aũt ſignificatũ aſſertiuũ illud
qȏ formaliter ſeqꝛ ex aliqua ꝓpõne: ecõtra vͦo ꝓpõ falſa põt habe/
re multa ſignificata aſſertiua vera. patet de iſta homo eſt aſinus q̃ ſi
gnificat aſſertiue hoĩem eſſe ꝛ hoĩem eẽ aĩal ꝛc̃. ꝛ non inconuenit ex
falſo ſequi verum in cõſequẽtia bona ꝛ formali vt patuit in regulis
conſequentiarum.

Secũdo nõ ſeqꝛ iſta ꝓpõ ẽ falſa. ergo nõ eſt ita ſicut illa ſignifi/
cat. nã iſta hõ eſt aſinus eſt falſa. ꝛ tñ eſt ita ſicut illa ſignificat qꝛ ſi/
gnificat hoĩem eſſe: ſꝫ bene ſequitur iſta ꝓpõ eſt falſa. ergo ſignificat
aliter q̃ꝫ eſt: ſimiliter ſequitur negatiue iſta ꝓpõ eſt falſa. ergo nõ eſt
ita ſicut illa adeq̃te ſeu p̃ciſe ſignificat: ſimilr̃ nõ ſeqꝛ iſta ꝓpõ ſigni/
ficat aliter q̃ꝫ ẽ. ſꝫ iſta ſignificat aſſertiue. ſic ergo nõ ẽ ſic. ſꝫ oꝫ ĩ mio
ri addat̃ p̃ciſe. vͦbi grã: nõ ſeqꝛ iſta ꝓpõ hõ eſt aſinꝰ ſignificat alr̃ q̃ꝫ
eſt. ſꝫ iſta ſignificat aſſertiue ꝙ hõ ẽ ergo nõ ita ꝙ hõ ẽ: ſꝫ oꝫ in mio/
ri addẽ ꝙ ſignificet adeq̃te vel p̃ciſe qȏ hõ ẽ qȏ ẽ falſũ. bñ aũt ſeqꝛ
iſta ꝓpõ ẽ vͦa. ꝛ ſic aſſertiue ſignificat. ergo ſic ẽ ſiue illud ſignificatũ
aſſertiuũ ſit adeq̃tũ p̃ncipale vel ſc̃dariũ: ꝛ hoc ẽ. qꝛ ꝓpõ vͦa nõ hẽt
aliquod ſignificatũ aſſertiuum falſũ: ſed ꝓpoſitio falſa habet multa
ſignificata aſſertiua vera licet principale ſit falſum ut ponit primum
notabile.

Tertio notandũ ꝙ quatuor ſunt modi argumẽtandi cões q videñ/
tur eẽ cõuertibiles ꝛ nõ ſunt ꝛ duo illoꝝ ſũt boni ꝛ duo mali. Primꝰ
bonus ẽ iſte. Si aliq̃ ꝯña ẽ cõcedẽda ꝛ añs eſt cõcedẽdũ ẽ ꝛ ꝯñs con
cedẽdũ ſimiliter ſicut pꝫ ĩ ꝯñtiis. Scðs bonꝰ ẽ iſte. Iſta ꝯña ẽ bõa ꝛ
añs eſt veꝝ. ergo ꝛ ꝯñs. ꝛ iſta ẽt ẽ vna de generalibꝰ regulis ꝯñtiaꝝ.
Alii vͦo duo ſũt mali. Primus ẽ iſte iſta ꝯña ẽ cõcedẽda ꝛ añs eſt
veꝝ. ergo ꝛ ꝯñs ẽ veꝝ: nã vbi ĩponat̃ ꝙ iſta ꝓpõ: hõ ẽ aĩal ſignificet
adeq̃te hoĩem eẽ aſinũ. tũc iſta ꝯña ẽ cõcedenda: hõ eſt riſibilis. ergo
hõ ẽ aĩal qꝛ extra caſũ cõcederet̃: ꝛ añs eiꝰ ẽ veꝝ cũ nõ mutet ſignifi
catũ ꝛ tñ ꝯñs ẽ falſũ cũ ſuũ ſignificatũ adeq̃tũ ſit falſũ. vt pꝫ. Scðs
ẽt malus ẽ iſte iſta ꝯña ẽ bõa ꝛ añs ẽ cõcedendũ. ergo ꝛ ꝯñs: nã vbi
ponat̃ ꝙ iſta deus ẽ ꝛ hõ ẽ aſinus cõuertant̃ añs ẽ veꝝ ꝛ ꝯñs falſũ.
vt patet. Caue igitur diligenter ab iſtis duobus modis malis argu/
endi.

Quarto nota ꝙ ſic̃ aliȏ ẽ cõcedẽ ꝓpõnẽ ꝛ aliȏ ẽ cõcedẽ ipſã eſſe
verã ita aliȏ ẽ cõcedẽ ꝯñaꝫ ꝛ aliȏ cõcedẽ ipſaꝫ eẽ bonã. vñ ſi ĩponat̃
ꝙ iſta ꝓpõ hõ ẽ aſinus ſignificet adeq̃te deũ eẽ. tũc ſi ꝓponat̃ iſta
hõ ẽ aſinus cõtinuo ẽ negãda: ꝛ ſi ꝓponat̃ an ſit vera conceditur. ꝛ
ratio iſta: qꝛ hominem eẽ aſinũ eſt ĩpoſſibile: ſꝫ illam ꝓpõnem hõ eſt

aſinus eẽ verã nõ eſt ĩpoſſibile ita dicas de ꝯña. vñ ſi põat̃ iſta con/
uerti deus ẽ ꝛ hõ ẽ aſinus. tunc iſta ꝯña ſemp ẽ negãda deus ẽ. ergo
hõ ẽ aſinꝰ ſicut extra caſũ cõtinuo negaret̃ ꝛ tñ cõcedẽda ẽ eẽ bõa: qꝛ
arguit̃ ab uno cõuertibili ad reliquũ. Ecõtra vͦo ſi ponat̃ ꝙ iſta: hõ ẽ
aĩal ſignificet adeq̃te hoĩeꝫ eſſe aſinũ iſta ꝯña hõ eſt. ergo hõ. eſt aĩal
ſemp eſt cõcedenda ſicut extra caſũ. ꝛ tñ eſſe bona eſt negãda: qꝛ añs
eſt veꝝ ꝛ ꝯñs falſũ. Iſtis igit̃ p̃miſſis p̃ͦ dr̃ ĩ ſũma uſq; ad q̃rtuꝫ ar/
gumentũ p̃ncipale ꝙ oẽs iſte ꝯñtie facte ſũt cõcedende qꝛ extra caſũ
cõcederent̃. Sꝫ nũc ĩ caſu ĩſolubiliũ oẽs ſũt male ſeu nihil ualent ne
q̃ꝫ ſũt bõe: ſꝫ ſeriatĩ rñdendo dr̃ ad p̃mũ p̃mi argumenti p̃ncipalis ꝙ
a reſoluentibꝰ ad reſolutã qñ ꝓpõ eſt uniuerſalis nõ ualet argumen
tũ niſi cũ duabꝰ limitatõibꝰ. ſ. ꝙ hẽat vnicũ ſuppoſitũ ꝛ ꝙ cathego/
rice ſignificet: ubi uero habeat plura ſuppoſita nõ eſt ꝓprie reſolubi
lis ſed exponibilis: ubi vero ypothetice ſignificet eſt ypothetice pro/
banda non reſolubiliter. Eodem modo dicitur ad ſecundum ꝙ non
arguitur ab exponentibus ad expoſitam quia eſt uniuerſalis appa/
renter: ſed in rei veritate eſt ypothetica copulatiua ideo non eſt expo
nibilis ꝓpterea illa cõſeq̃ntia nõ ualꝫ lꝫ ſit cõcedenda. Similiter dr̃
ad t̃tiũ ꝙ illa nõ eſt excluſiua ſua: qꝛ excluſiua mere cathegorice ſi/
gnificat ꝛ uniuerſalis ypothetice: iȏ nõ ualꝫ cõſeq̃ntia. Ad p̃ncipa/
le parit̃ rñdet̃: ꝙ p̃ma cõſeq̃ntia facta nõ eſt bõa. nec arguit̃ a reſol/
uentibꝰ ad reſolutã: qꝛ iſta nõ eſt reſolubilis cuꝫ nõ ſit cathegorica ꝛ
ita ad ſc̃dꝫ nõ ualet cõſeq̃ntia a ſubalternãte ad ſubalternatã niſi am
be ſignificentꝰ cathegorice. Et ad tertiũ etiã dr̃ ꝙ nõ ualet cõſeq̃ntia.
qꝛ iſta nõ eſt ſua ĩdefinita cũ ĩdefinita ſignificet cathegorice. ꝑticula/
ris vͦo ypothetice cũ ſit ĩſolubilis. Ad tertiũ p̃ncipale ſimilr̃ rñde
tur cõcedendo p̃mã cõſeq̃ntiã ꝛ negãdo ipſã eſſe bonã. qꝛ illa non eſt
ſua paſſiua cũ paſſiua ſit cathegorica ꝛ actiua ypothetica. Similiter
ſc̃da cõſeq̃ntia nihil ualet. nec eſt ĩ darii. qꝛ. x. ꝛ. ix. ſilogiſmoꝝ cathe
goricoꝝ cõſeq̃ntia nõ dꝫ ſignificare ypothetice ſꝫ ſolũ cathegorice. iȏ
dicũtur cathegorici ſilogiſmi. Ad tertiũ dr̃ ꝙ ꝯdictoriũ a nõ eſt il
lud ſor. nõ dicit falſũ. ſꝫ illȏ nõ ſor. dicit falſũ. ita ꝙ ſemp p̃ponatur
negatio uel ſi eſt p̃poſita auferat̃. mõ illa eſt uera nõ ſor. dicit falſuꝫ:
qꝛ ſignificat diſiũctiue cõtradictorio modo ad a. nam a ſignificat co/
pulatiue ꝙ ſor. dicit falſum ꝛ ꝙ a eſt uerum ꝛ ſua contradictoria diſ
iunctiue ꝙ ſor. non dicit falſum uel quod a non eſt uerum. ꝛ huiuſ ſi
gnificati diſiunctiui ſecunda pars eſt uera ꝛ conſequenter tota pro/
poſitio cuius eſt illud ſignificatum eſt uera: ꝛ hec ſnĩa eſt tenenda in
oĩbus ĩſolubilibus ꝙ ꝯdictorium dꝫ ſemper aſſignari per negatiõeꝫ

ꝑpoſitā vt hoc nō ē veꝝ hꝫ ꝓ ꝯdictorio nō hoc nō eſt veꝝ ⁊ ſic de aliiſ. ⁊ qñ dicis ꝙ ĩ ſingularib⁹ ñ refert ꝑponẽ uel poſtponẽ negatōeꝫ dr̃ ꝙ refert qñ ꝓpō ſingularis ſignificat ypothetice ſicut ē in ꝓpoſito: ⁊ ſi dicis ꝯdictoriū iſti⁹ aliq̄ ꝓpō ē falſa vr̃ cē illud nulla ꝓpō eſt falſa q2 ꝑ rñſioneꝫ ſuū ꝯdictoriū eſt iſtō nō aliq̄ ꝓpō eſt falſa. ſꝫ illa equalent ꝑ negatōeꝫ ꝑpoſitā. ergo ⁊c̄.

Huic dr̃ ꝙ iſta regula eqpollentiaꝝ nō tꝫ niſi ambe cathegorice ſignificent q̄lit̃ nō eſt ĩ ꝓpoſito q2 vniuerſalis negatiua ſignificat cathegorice ⁊ ꝑticularis ypothetice. iō ⁊c̄. Ad q̄rtū ꝑncipale ſimilit̃ dr̃ ꝙ iſta ꝑma cōſeq̄ntia ñ eſt bōa q2 iſta vniuerſalis ñ rñdet illi excluſiue cū ſit vniuerſalis cathegorica ⁊ excluſiua ypothetica: ſimilit̃ nec ſcđa ꝯña ē bōa q2 iſta ñ ē expōibilis excluſiua cū ſit ypothetica copulatiua ĩplicite: ⁊ ita dr̃ ad tertiū ꝙ iſta cōſeq̄ntia nihil vꝫ q2 exceptiua ſignificat cathegorice ⁊ excluſiua ypothetice q2 ē ĩſolubilis. ⁊ ſi dicis q̄uo gᵒ eſt ꝓbāda uel ĩprobāda. dico ꝙ iſto mō ſuū ſignificatū adeq̄tū eſt veꝝ. ergo eſt ꝟa. ⁊ pꝫ ꝙ añs eſt falſū q2 ſignificat adeq̄te copulatiue falſū ꝓ ſcđa ꝑte. ſi ꝟo vis ꝓbare ꝙ eſt falſa: ſimiliter ꝓcedas ut fit ĩ ypotheticis.

Ad q̄ntū ꝑncipale dr̃ cōcedo ꝙ nullū ĩſolubile eſt ſine caſu explicito uel ĩplicito: vñ iſta ĩſolubilia vniuerſalia oīs ꝓpō ē falſa nulla ꝓpō ē ꝟa exigūt ꝙ nō ſit aliq̄ vniuerſalis niſi ipſa ⁊ illa ſingularia. h̄ ē falſū h̄ nō ē veꝝ exigūt ſeipſa demōſtrari. illđ ꝟo ĩſolubile ego dico falſū hꝫ caſū ĩplicitū ex cōi mō loq̄ndi q̄ vult ꝙ ꝓnomē demōſtratū ꝑ ſe ꝑmo capiat ſignificatōeꝫ ex loq̄nte.

Ad ſextū ꝑncipale dr̃ ꝙ nō ē uolūtariū ĩmo rōnale ꝙ ĩſolubile ñ ſignificās ꝑciſe ſignificet ſicut ꝟba illi⁹ cōit̃ ꝑtendūt ⁊c̄ cū h̄ ꝙ ipꝫ eſt veꝝ ꝙ ubi ĩſolubile ſignificat ꝑciſe ut ꝟba ei⁹ cōit̃ ꝑtendūt. ⁊c̄ planuꝫ eſt ꝙ ĩſolubile ſignificat ut ꝟba ei⁹ cōiter ꝑtendūt ⁊ etiā ꝙ ipꝫ eſt verū q2 ꝓpō ſignificat q̄cq̄d ſeq̄t̃ ad eā: ⁊ iō nō eſt admittendū ꝙ ſoluꝫ ſignificet ut ꝟba eius cōiter ꝑtendūt: ſꝫ ſi ponat̃ ꝙ ſignificet ſic. ⁊ cū h̄ ꝙ ipſū eſt veꝝ caſus eſt admittend⁹. ⁊ iō rōnabile eſt ꝙ magis ſignificet ſicut ſolet. ⁊ ꝙ ipſū eſt veꝝ q̄ꝫ alit̃. Iſta rō eſt ſatis ꝑſuaſiua ſꝫ nō demōſtratiua.

magnarũq; gentiũ qua dorſum agit: terminus. vbi terras dirimit:
exit in pelagus. Idem autẽ ⁊ totus vt dictus eſt: dicitur etiam qua
ſpectat orientẽ. Deinde hemodes ⁊ caucaſus ⁊ propaniſus. Tũ ca
ſpię pilę niphates ⁊ armenię pilę: ⁊ vbi iam noſtra maria cõtingit
taurus iterum. Poſt eius promontoriũ flumen eſt lymira: ⁊ eo/
dem nomine ciuitas: atq; vt multa oppida ſic preter Pataram nõ
illuſtria: Illam nobilem facit delubrũ Apollinis quondã opibus
⁊ oraculi fide delphico ſimile. Vltra xẽanthus flumẽ ⁊ xanthos
oppidũ mons cragus. ⁊ quę lyciã finit: vrbs telmiſos. ¶ Caria ſe/
quitur habitatur incertę originis. alij indigena. ſunt qui pelaſgos.
quidam cretas exiſtimant. genus vſq; eo quondã armorũ pugnęq;

annans: vt aliena etiam bella mercede agerent. hic caſtella aliquot
ſunt. Deinde promōtoria duo pedalion ⁊ citria: ⁊ ſecundū galbiā
amnem: gaunus oppidum valitudine habitantiū infame. Inde ad
alicarnaſſon hęc adiacent: Rhodiorū aliquot colonię. portus duo:
gelos: ⁊ cui ex vrbe quā amplectitur thyſſaniſſa cognomē eſt. In/
ter eos oppidū latumna ⁊ pandion collis i mare emiſſus. Tū tres
ex ordine ſinus Thymnias. Schenus Bubeſius Thymnię promō/
torium Aphrodiſium eſt. Schenus ambit hylam. Bubeſius cyno/
tum. Cydnus in cornu peninſulę. Interqꝫ eam ⁊ tetraticū ſinum
in receſſu poſita eutiana. Alicarnaſſos argiuorū: colonia eſt ⁊ cur
memoranda ſit preter conditores: mauſoleum efficit regis mau/
ſoli monumentū vnū de miraculis ſeptē artemiſię opus. Trans
alicarnaſſon illa ſunt: littus leuca. vrbes myridos aruanda. neapo/
lis: ſinus iaſus ⁊ baſilicus. In iaſo ē barcilos. ¶ Poſt baſilicū Io/
nia aliquot ſe ambagibus ſinuat ⁊ primum a poſſideo promonto/
rio inflexum inchoans cingit oraculum apollinis dictum olim bra
matię nunc dydimi. Miletum vrbem quondā ionię totius belli
paciſqꝫ artibꝰ principem: patriam Thaletis aſtrologi ⁊ Timothei
muſici ⁊ Anaximandri phyſici: aliorumqꝫ ciuium inclytis ingenijs
merito inclytam: vtcunqꝫ Ioniā vocāt: vrbem hyppin amnis mę/
andri exitum. Latmū montē endymionis a luna (vt ferunt) ada/
mati fabula nobilē. Deinde rurſus inflexa cingit vrbem prienen
⁊ geſi fluminis oſtium: moxqꝫ ut maiore circuitu: ita plura comple
ctitur. Ibi eſt Panioniū ſacra regio: ⁊ ob id eo nomine appella/
ta: qꝫ eam cōmuniter iones colunt: ibi a fugitiuis (vt aiunt) condi
ta. nomen famę annuit phygeta. Ibi ephesus ⁊ diane clariſſimū
templum: quod Amazones aſia potitę conſecraſſe traduntur. Ibi
cayſtros amnis. Ibi lybedos: clarijqꝫ apollinis fanū: quod manto
tireſię filia fugiens victores thebanorum. ephygonos ⁊ colophon
quam Mopſus eiuſdem mantos filius ſtatuit. ad promontorium

quo ſinus clauditur: quod altera parte alium: quem ſmyrneum vo
cant/efficit: anguſtiſqꝫ ceruicibus reliqua extendit. in latius abit in
peninſulę faciem ſuper anguſtias hinc teos illinc clazomena. ⁊ qꝫ
terga agunt confinio adnexa mari diuerſis frontibus diuerſa ma/
ria proſpectant. In ipſa peninſula eſt Coryna. in ſinu ſmyrneo eſt
thermodon amnis: ⁊ vrbs leuca. extra phocis ionię vltia. ¶ Pro/
xima regio ex quo ab ęolijs incoli coepit ęolis facta: ante myſia: ⁊
qua helleſpontū attingit troianis poſſidentibꝰ troas fuit. Primā
vrbem a myrino conditore myrinam vocant. Sequentē pelops ſta
tuit victo oenomao reuerſus ex gręcia. zimon nominauit: pulſis q̃
habitarant: dux amazonū zime. Supra caycus inter eleam decurrit
⁊ Pytanem illā: quę archeſilan tulit nihil affirmantis achademię
clariſſimū antiſtitem. Tum i promontorio eſt cyrma oppidū: qꝺ
pręteruectos ſinus excipit non paruus: ſed longe ac molliter flexꝰ
retrahenſqꝫ paulatim oras vſqꝫ ad ima montis idę. Iſthmios par/
uis vrbibus aſperſus eſt: quarum clariſſima eſt ciſtena. gremio in/
teriore campus thebe nomine adrymetion auſtram. creſſam oppi/
da: eodem quo dicta ſunt ordine: adiacentia continet. In altero la
tere Antandrū duplex cauſa nominis iactatur. alij Aſcaniū Aeneę
filium cum ibi regnaret: captum a pelaſgis ea ſe redemiſſe comme
morant. Alij ab ijs putant conditam: quos ex andro inſula vis et
ſeditio exegerat. hi antandrum quaſi pro andro. illi quaſi pro viro
accipi volunt. Sequens tractus tangit gargara ⁊ aſſona ętolorū
colonias. Tū ſinus alter acheon limen nō longe ab ilio littora in/
curuat vrbe bello excidioqꝫ clariſſima. hic Sigeum fuit oppidum
hic achiuorum fuit bellantiū ſtatio. huc ab ideo mōte demiſſus
ſcamander exit ⁊ Simois fama q̃ꝫ natura maiora flumia. Ipſe mōſ
vetere diuarꝫ certamie ⁊ iudicio paridis memoratꝰ orientē ſolē ali/
ter: q̃ꝫ i alijs terris ſolet aſpici/ oſtēdat. nāqꝫ ex ſūmo vertice eius
ſpeculantibꝰ pene a media nocte ſparſi ignes paſſim micare: et vt

lux appropinquat : ita coire ac ſe cõiungere videntur: donec magis
magiſqꝫ collecti pauciores ſubinde ⁊ vna ad poſtremū flamma ar/
deant. ea cum diu clara ⁊ incendio ſimilis effulſit. cogit ſe ac rotun
dat ⁊ fit ingens globus. diu is quoqꝫ grandis ⁊ terris adnexus ap
paret: deinde paulatim decreſcens: ⁊ quanto decreſcit: eo clarior fu
gat nouiſſime noctē: ⁊ cum die iam ſol factus attollitur. Extra ſi/
num ſunt rhetea littora a Rheteo ⁊ dardania claris vrbibus. Aia/
cis tamē ſepulchro maxime illuſtria. Ab his fit arctius mare : nec
iam abluit terras: ſed rurſus diuidens anguſto helleſpōti freto lit/
tus obuiū findit: facitqꝫ vt iterū terrę: qua fluit: latera ſint. In/
terius bithyni ſunt ⁊ mariandynei. In ora graię vrbes abydos ⁊
lampſacum ⁊ parion ⁊ priapos. Abydos magni quondā amoris/
cōmercio inſignis eſt. Lampſacū phoceis appellantib[9] nomen ex
eo traxit: ꝙ conſulentibus: in quaſnam terras potiſſimū tenderēt:
reſponſū erat : vbi primū fulſiſſet: ibi ſedem capeſſere. Tum rur/
ſus fit apertius mare propontis in id Granicus effundit : pugna
quę primum inter perſas ⁊ Alexandrum fuit / nobilis. Trans a/
mnē ſedet in ceruice pene inſulę cyzicum. nomen cyzicus indidit:
quem a minyis imprudentibus: cum colchos peterent: fuſum acie
cęſumqꝫ accepimus. Poſt plagea ⁊ cylace paruę pelaſgorū colo/
nie : quib[9] a tergo iminet mons olympus: ut incolę vocāt: Mỹ/
ſius flumen rhyndacem in quę ſequunt emittit. Circa/angues na
ſcuntur immanes neqꝫ ob magnitudinem modo: ſed ob id etiam
mirabiles: ꝙ vbi in alueum eius ęſtus ſolemqꝫ fugerunt: emergūt
atqꝫ hiant: ſuperuolanteſqꝫ aues: quāuis alte ⁊ perniciter ferantur
abſorbent. Trans rhyndacem eſt daſilos: ⁊ quā colophonij collo/
cauere myſrela. Duo ſūt inde modici ſinus. alter ſine nomine chi
on amplectitur Phrygię haud longe iacentis opportuniſſimū em
porium. alter olbianos / in promontorio fert Neptuni fanum. in
gremio aſtacon a megarenſibus conditam. Deinde priores terrę
iterum iacent: exiturisqꝫ in pontū pelagi canalis anguſtior. Europā

ab aſia ſtadijs quinqꝫ diſterminat thracius: vt dictum eſt: boſpho
rus. Ipſis in faucibus oppidum. in ore templum eſt. oppidi no/
men chalcedon. auctor Archias megarenſium princeps. templi nu
men Juppiter conditore Jaſo. ¶ hic iam ſeſe ingens pontus ape/
rit: niſi qua promontoria ſunt: huc atqꝫ illuc longo rectoqꝫ limite
extentus. ſinuatus cętera. Sed quia contra minus q̄ꝫ ad lęuā ⁊ de/
xtram abſceſſit: mollibuſqꝫ faſtigijs donec anguſtos vtrinqꝫ angu
los faciat: inflectitur. ad formam ſcythici arcus maxime incuruus
breuis. atrox. nebuloſus. raris ſtationibus. non molli neqꝫ areno/
ſo circumdatus littore. vicinus aquilonibus. ⁊ quia non profūdus
eſt: fluctuoſus atqꝫ feruens. olim ex colentium ſęuo admodum in
genio axenus: poſt cōmertio aliarum gentiū mollitis aliquantum
moribus dictus euxinus. In eo primum mariandynei vrbem ha/
bitant ab argiuo (ut ferunt) hercule datam. heraclea vocitatur. id
famę fidem adiecit. Juxta ſpecus ē acherusia ad manes (vt aiunt)
peruius: atqꝫ inde extractū Cerberū exiſtimant. ¶ Tum thios op/
pidum milleſiorum quidēm colonia: ſed iam ſoli gentiſqꝫ paphla/
gonum: quorum in littoribus pene medijs promontorium eſt Ca/
rambis. Citra Parthenius amnis. vrbes Seſamus ⁊ cromnos: ⁊ a
cithiſoro phryxi filio poſita cythoros. Tum cynobus ⁊ colliris: ⁊
quę paphlagoniam finit armene. ¶ Chalybes proximi clariſſimas
habent amyſon: ⁊ ſynopen cynici Diogenis patriam. amnes alyn ⁊
thermodonta. ſecundū alyn vrbs eſt lycaſto. a thermodonte cāpus
in eo fuit themiſcyrum oppidum. fuere ⁊ amazonuꝫ caſtra idō ama/
zonum vocant. Tabereni chalybas attingunt: quibus in riſu luſu/
qꝫ ſummū bonū eſt. Vltra carambin moſſini turres ligneas ſube
unt notis corpus omne perſignant. propatulo veſcuntur. promi/
ſcue concūbunt. ⁊ palam reges ſuffragio deligunt: vinculiſqꝫ ⁊ ar/
ctiſſima cuſtodia tenent. atqꝫ vbi culpā praue imperando meruere
media diei totius afficiunt: cęterū aſperi. inculti. pernoxij appulſis

Deinde minus feri verum ⁊ bi inconditis moribus macrocephali
diſcheri.buxedi. rarę vrbes ceraſumpta ⁊ trapezos maxime illu/
ſtres. Jnde is locus eſt:vbi finē ductus a boſphoro tractus acci/
pit:atq; inde ſe in ſinu aduerſi littoris flexus attollens anguſtiſſi
mum ponti facit angulum.hic ſunt colchi.hic phaſis erumpit.hic
eodem nomine quo amnis eſt atheniſtagora mileſio deductū op/
pidum.hic phryxi templum ⁊ lucus fabula vetere pellis aureę no/
bilis: hinc orti mōtes longo ſe iugo ⁊ donec rhipheis cōiūgan
tur exporrigunt:qui altera parte in euxinum ⁊ męotida ⁊ tanaim.
altera in caſpium pelagus obuerſi ceraunı dicuntur: ijdem aliubi.
taurici moſchi.amazonici.caſpij.coraſici.caucaſi:vt alijs alijſue ap
poſitis gentibus ita alijs alijſq; dicti nominibꝰ: At in primo fle/
xu iam curui littoris oppidum eſt:quod gręci mercatores conſtitu
iſſe:⁊ quia cum cęca tempeſtate agerentur:ignaris:quę terra eſſet:
cygni vox notam dederat cygnū appellaſſe dicuntur. Reliqua eius
ferę incultęq; gentes vaſto mari aſſidentes tenent.menandea. ter
reſtrea. ſexſolitę.coraxi. deptitophagi. heniochi. achęi.cercetici.
etiam in confinio męotidis ſyndones. Jn heniochorum finibus
dioſcorias a caſtore ⁊ polluce pontum cum iaſone ingreſſis: Syn/
dos in ſyndonum ab ipſis terrarū cultoribꝰ condita ē: Obliqua
tunc regio ⁊ in latum modice patens inter pontū paludemq; ad
boſphorum excurrit: quā duobus alueis in lacum ⁊ in mare pro/
fluens coracandam pene inſulam reddit.Quattuor vrbes ibi ſunt
hermonos ſaccephoc.ſpana.corea.⁊ in ipſo ore cimmeriū.hac in/
greſſos lacus accipit lōge lateq; diffuſus.qua terras tangit incur
uo circumdatus littore.qua mari propior eſt:niſi vbi aperitur:qua
ſi margine obductus citra magnitudinē prope ponto ſimilis. Orā
quę a boſphoro ad Tanain vſq; deflectitur męotici incolunt torea
tę arrichi.phicores.⁊ oſtio fluminis proximi xamathę: apud eos
eaſdem artes foeminę:quas viri exercent:adeo ut ne militia quidē
vacent. Viri pedibus inhęrent ſagittiſq; depugnant: illę equeſtre
prelium ineunt.nec ferro dimicant:ſed quos laqueis intercepere:
trahendo conficiunt.nubunt tamē verum vt nubiles habeant: non
in ętate modus eſt niſi quę hoſtem interemere/virgines manent.
Jpſe Tanais ex rhipheo monte deiectus adeo pręceps ruit: vt cū
vicina flumina tum meotis ⁊ boſphorus.tum ponti aliqua bruma
li rigore durentur:ſolus ęſtus hyemēq; iuxta ferens idem ſemper
⁊ ſublimis incitatuſq; decurrat.ripas eius ſauromatę ⁊ ripis hę/
rentia poſſident.vna gens.aliquot populi ⁊ aliquot nomina. pri/
mi męotici ginecrocatū ęnoe. Regna amazonū foecundos pabulo
at alia ſteriles nudoſq; campos tenent budini.Geloni vrbē ligne/
am habitant. Juxta thiſſagetę turcęq; vaſtas ſiluas occupant:alun
turq; venando. Tum continuis rupibus late aſpera ⁊ deſerta re/
gio ad arempheos vſq; permittitur.his iuſtiſſimi mores pro do/
mibus nemora.alimenta baccę.⁊ maribus ⁊ foeminis nuda ſūt ca/
pita. Sacri itaq; habentur:adeoq; ipſos nemo de tam feris genti/
bus violat:vt alijs quoq; ad eos cōfugiſſe pro aſylo ſit. Vltra ſur/
git mons rhipheus vltraq; cum iacet ora:quę ſpectat oceanum.

Pomponij Mellę de ſitu orbis liber ſecundus.

ASię in noſtrum mare Tanainq; vergentis:quem di/
xi finis ac ſitus eſt:ac per eundem amnem in męoti/
da remeantibus ad dextram europę modo ſiniſtro
latere innauigantium appoſita ac rhipheis montibꝰ
proxima.⁊ huc enim pertinent.cadentes aſſidue ni/
ues adeo inuia efficiūt:vt vltra ne viſū quidē intrātiū admittāt.
Deinde ē regio ditis admodū ſoli inhabitabilis tñ: q: gryphi ſę/
uum ⁊ pertinax ferarū genꝰ aurum terra penitꝰ egeſtum mire amant
mireq; cuſtodiunt:⁊ ſunt infeſti attingentibus.hominum pri/
mi ſunt Scythę ſcytharūq; quis ſinguli occuli eſſe dicūt arimaſpę.

Ab eis cendones vſqꝫ ad meotida. huius flexum butes amnis ſe/
cat. Agathyrſi ⁊ ſauromatę ambiũt: quia pro ſedibus plauſtra ha/
bent dicti maxobitę. Obliqua tunc ad boſphorũ plaga excurrens
ponto ac męotide includitur. In paludē vergentia ſarcagę tenent
In boſphorum cimmerica oppida myrmetion. panticapeum theo
doſia. hermiſium. In Euxinũ mare taurici. Super eos ſinus por
tuoſus ⁊ ideo calos limen appellatus promontorijs duobus inclu
ditur: Alterũ criu metopon vocant: carambico: quod in aſia dixi/
mus: patet aduerſum. Parthenion alterũ oppidum adiacet Cero
ne a diana (ſi credatur) conditũ: ⁊ nymphęo ſpecu: qđ in arce eius
Nymphis ſacratũ eſt: maxime illuſtre. ¶ Subit tum ripam mare ⁊
donec quinqꝫ milia paſſuum abſit a męotide refugientia vſqꝫ ſub/
ſequens littora: quę ſatharchę ⁊ taurici tenent: peninſulam reddit.
quod inter paludem ⁊ ſinum eſt Chaicre nominatur. Sinus carcy/
nites. In eo vrbs eſt carcyne: quā duo flumina Gerros ⁊ hypaca/
res vno oſtio effluentia attingunt verum diuerſis fontibus ⁊ ali/
unde delapſi. Nam gerros inter baſitidas ⁊ nomadas euoluitur.
Siluę deinde ſunt: quas maximas hę terrę ferunt: ⁊ panticapes:
qui nomadas georgoſqꝫ diſterminat. ¶ Terra tum longe diſtenta
excedens tenui radice littori adnectit̃. Poſt ſpacioſa modice pau/
latim ſe ipſa faſtigiat · ⁊ quaſi in mucronem longa colligens latera
facie poſiti enſis allecta ē. Achilles infeſta claſſe mare ponticũ in/
greſſus ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam: ⁊ cum ab armis
quies erat: ſe ac ſuos curſu exercitauiſſe memoratur: ideo dicta eſt
dromos achilleos. ¶ Tũ boryſtenes gentē ſui nominis abluit in/
ter ſcythię amnes amęniſſimus. turbidis alijs liquidiſſimꝰ defluit
placidior q̃ꝫ cęteri potariqꝫ pulcherrimꝰ. alit lętiſſima pabula ma/
gnoſqꝫ piſces: quibus ⁊ optimus ſapor: ⁊ nulla oſſa ſunt. lōge ve/
nit: ignotiſqꝫ ortus e fontibus quadraginta dierum iter alueo ſtrin
git: tantoqꝫ ſpacio nauigabilis ſecundum Boryſtenida ⁊ Olbida

grępca oppida egredit̃. Calipidas hypanis includit. ex grandi pa/
lude oritur: quam matrem eius accolę appellant: ⁊ diu qualis na/
tus eſt: defluit tantum non longe a mari ex paruo fonte: cui ex am
pheo cognomen eſt. adeo amaras aquas accipit: vt ipſe quoqꝫ iam
ſui diſſimilis ⁊ nō dulcis hinc defluat. Aſiaces proximus intra ca
lipidas aſiacaſqꝫ deſcendit. Hos ab iſtricis Tyra ſeparat ſurgit in
Neuris: qua exit: ſui nominis oppidũ attingit At ille: qui ſcythię
populos a ſequentibus dirimit apertis in germania fontibus alio
q̃ꝫ deſinit: nomine exoritur: Nam per īmania magnarum gentium
diu danubius eſt: deinde aliter appellantibus accolis Iſter fit: acce
ptiſqꝫ aliquot amnibus ingens iam ⁊ eorum: qui in noſtrum ma/
re decidunt: tantum Nilo minor totidem: quot ille oſtijs: ſed tri/
bus tenuibus: reliquis nauigabilibus effluit. ¶ Ingenia cultuſqꝫ
gentiũ differunt. Eſſedones funera parentũ lęti ⁊ victimis ac fe/
ſto coitu familiarium celebrant. corpora ipſa laniata ⁊ cęſis pecoꝝ
viſceribus immixta epulando conſumunt. Capita vbi fabre expo/
liuere auro iuncta pro poculis gerunt. hęc ſũt apud eos ipſos pie
tatis vltima officia. Agathyrſi ora artuſqꝫ pingunt: vt quiqꝫ ma/
ioribꝰ pręſtant: ita magis vel minus Cęterũ ijſdem omnes notis
⁊ ſic vt ablui nequeant. Sarmatę auri argenti maximarum peſtiũ
ignari vice rerum cōmercia exercent atqꝫ ob ſęua hyemis admodũ
aſſidue demerſis in humũ ſedibus ſpecus aut ſuffoſſa habitant. to
tum brachati corpus: ⁊ niſi qua vident etiam ora veſtiti. Tauri I/
phigenię ⁊ Oreſtis aduentu maxime memorati immanes ſũt mo/
ribus: immanemqꝫ famam habent / ſolere pro victimis aduenas cę
dere. Baſilidijs ab hercule: ⁊ echidna generis principia ſũt. mo/
res regij arma tantum ſagittę. Vagi nomades pecorꝫ pabula ſe/
quunt̃: atqꝫ vt illa pecorum durant: ita diu ſtatam ſedem agunt.
Colunt georgi exercentqꝫ agros. Aſiacę furari quid ſit ignorāt. iō
qꝫ nec ſua cuſtodiunt: nec aliena contingunt. ¶ Interius habitātiũ

ritus aſperioꝛ ⁊ incultioꝛ regio eſt. Bella cędeſqꝫ amant: Moſqꝫ
ē bellantibus cruorem ciuꝫ: quē primū interemerunt ipſis cuulne
ribus ebibere. vt quiſqꝫ plures interemerit: ita apud eos habetur
eximius. Ceterum expertem eſſe cędis inter obpꝛobꝛia vel maxi/
mū nec foedera quidē incruenta ſunt. ſauciant ſe: qui paciſcuntur:
exemptūqꝫ ſanguinē: vbi permiſcuere degustant. id putant man/
ſurę fidei pignus certiſſimum. Inter epulas: quot quiſqꝫ interfe/
cerit: referre lętiſſima ⁊ frequentiſſima mentio: biniſqꝫ poculis:
qui plurimos retulere: perpotatis interlocantis honos pręcipuus
eſt. pocula vt Eſſedones parentum ita inimiciſſimoꝛum capitibus
expoliunt. Apud anthropophagos ipſę etiā epulę viſceribus hu/
manis apparant̄. Geloni hoſtiū cutibus equos ſeqꝫ velant. illos
reliqui coꝛpoꝛis. ſe capitū. Melanclęnis atra veſtis ⁊ ex ea nomē
Neuris ſtatim ſingulis tempus eſt: quo ſi velint in lupos: iterūqꝫ
in eos: qui fuere mutentur. Mars omniūꝫ deus. Ei pꝛo ſimula/
cris enſes ⁊ tentoꝛia dedicant: homineſqꝫ pꝛo victimis feriūt. Ter
rę late patent ⁊ ob excedentia ripas ſua plerūqꝫ flumina nuſq̄ꝫ nō
ad pabula fertiles. alicubi vſqꝫ adeo ſteriles ad cętera: vt qui habi/
tant lignoꝝ egentes ignes oſſibus alant. ¶ His thracia pꝛoxima ē
eaqꝫ a pontici lateris fronte vſqꝫ in illiricos penitus imiſſa: qua la
tera agit iſtro pelagoqꝫ contingitur. regio nec cęlo lęta nec ſolo: et
niſi qua mari pꝛopioꝛ eſt: infoecunda. frigida: coꝛūqꝫ: quę ſeruntur
maligne admodū patiens. raro vſq̄ꝫ pomiferā arboꝛem. vitem fre
quētius tolerat. ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat:
niſi vbi frigoꝛa obiectu frondiū cultoꝛes arcuere. viros benignius
alit non ad ſpeciem tamen. Nā ⁊ illis aſper atqꝫ indecens coꝛpoꝛū
habitus eſt. Ceterum ad ferociam ⁊ numerum: vt multi immiteſ/
qꝫ ſint: maxime ferax. paucos amnes: qui in pelagus euadunt: ve/
rum celeberrimos hebrū ⁊ neſton ſtrymona emittit. Montes in/
terioꝛ attollit hemona ⁊ Rhodopen ⁊ oꝛbelon ſacris liberi patris ⁊
coetu menadū oꝛpheo pꝛimū initiāte celebꝛatos: e quis hemus in

tantū altitudinis abit: vt euxinū ⁊ adriā ex ſummo vertice oſten/
dat vna gens thꝛaces habitāt alijs alijſqꝫ pręditi ⁊ nominibꝰ ⁊ mo
ribus: quidā fieri ſūt ⁊ ad moꝛtem paratiſſimi. Getę vtiqꝫ id va/
ria opinio perficit. alij redituras putāt animas obeuntium. alij etſi
non redeāt / non extingui tamen: ſed ad beatioꝛa trāſire. alij emoꝛi
quidem: ſed id melius eſſe q̄ꝫ viuere. Itaqꝫ lugentur apud quoſdā
puerperia: natiqꝫ deflentur. funera contra feſta ſunt: ⁊ veluti ſacra
cantu luſuqꝫ celebꝛant̄. Ne foeminis quidē ſegnis eſt animus. ſu/
per moꝛtuoꝝ viroꝝ coꝛpoꝛa interfici ſimulqꝫ ſepeliri votū eximiū
habent. ⁊ quia plures ſimul ſingulis nuptę ſunt: cuius id ſit decus
apud iudicaturos magno certamine affectant. moꝛibꝰ datur: eſtqꝫ
maxime lętum: cum in hoc contendit̄: vincere. Moerent alij voci
bus ⁊ cū acerbiſſimis planctibus efferunt. At quibus cōſolari eos
animus eſt: arma opeſqꝫ ad rogos deferūt: paratiqꝫ (ut dictitāt) cū
fato iacentis: ſi detur in manꝰ: vel paciſci vel decernere: vbi nec pu
gnę nec pecunię locus ſit: manentqꝫ dominos pꝛoci: nupturę vir/
gines nō a parentibus viris tradunt̄: ſed publice aut locant̄ ducen
dę: aut veneunt. vtrum fiat ex ſpecie ⁊ moꝛibus cā eſt. pꝛobę foꝛ/
moſęqꝫ in pręcio ſunt: cęteras qui habeant mercede querunt̄: vini
vſus quibuſdā ignotus eſt. epulantibus tamē: vbi ſup ignes quos
circūſident: quędā ſemina ingeſta ſunt: ſimilis ebꝛietati hilaritas
ex nidoꝛe contingit. In littoꝛibus Iſtro pꝛoxima eſt Iſtropolis.
deinde Maleſis deducta galatis. ⁊ tritonice. ⁊ poꝛtus caria. ⁊ pi/
ſtris pꝛomontoꝛium: quod pręteruectos alter ponti angulus acci/
pit. aduſus phaſiaco: ⁊ niſi āplioꝛ foꝛet / ſi̇lis fuit. hic bizone mo/
tu terrę icidit: Eſt poꝛtus crunos. vrbes dionyſiopolis. obdeſſos
meſſembꝛia. anchialos: ⁊ intimo i ſinu atqꝫ vbi pōtꝰ alteꝝ ſui fle/
xū angulo finit magna apollophania. recta dehinc oꝛa: niſi q̄ me
dia ferme in pꝛomontoꝛium: qđ thimniā vocāt: exit ⁊ incuruis con
tra ſe littoꝛibus obtenditur: vrbeſqꝫ ſuſtinet delinideſon ⁊ philas

⁊ phinopolim. ¶ hactenus pontus deinde ē boſphorꝰ: ⁊ propon
tis. Jn boſphoro Bizantium. Jn propontide Selimbria. perin/
thos bithynis. amneſqꝫ: qui interfluūt erginos ⁊ tyras. Tū Rhe/
ſo regnata quondā pars thracię ⁊ biſaltę ſamiorum. ⁊ ingens ali/
quando gypſela. Poſt lacus: quē grai macrontihios appellāt: ⁊ in
radice magnę peninſulę ſedens lyſimachia. ¶ Terra/ quę ſequitur
nuſq̄ꝫ lata atqꝫ hic arctiſſima inter helleſpontū ęgeūqꝫ procurrit.
anguſtias Jſchtion. frontem eius maſtuſiam. totam cherſoneſum
appellant. ob multa memorabile eſt: Jn ea flumen ęgos naufragio
claſſis atticę inſigne. Eſt ⁊ Abydo obiacens ſeſtos Leandri amore
pernobilis. Eſt ⁊ regio: in qua perſarum exercitus diuiſas ſpacio
pelagoqꝫ terras auſus pontibus iungere: mirum atqꝫ ingens faci/
nus: ex aſia in gręciam pedes ⁊ n̄on nauigata maria tranſgreſſus ē
Sunt proteſilai oſſa conſecrata delubro. Eſt ⁊ portus ſceolos athe
nienſibus ⁊ lacedęmonijs nauali acie decernentibus laconicę claſ/
ſis ſignatus excidio. Eſt cynoſenia tumulus hecubę ſiue ex figura
canis: in quam conuerſa traditur: ſiue ex fortuna: in quā deciderat
humili nomine accepto. Eſt macidos. Eſt hellęꝰ: quę finit helleſ/
pontū. ¶ Aegeū ſtatiꝫ pelagus vaſte longū littus impellit: ſūmo/
taſqꝫ terras hinc ad promontorium: quod Sunium vocatur. ma/
gno ambitu molliqꝫ circūagit. eius tractum legentibus pręuectiſqꝫ
in aſſuſiacum ſinus intrandus eſt: qui alterꝫ cherſoneſi latus ablu/
ens iugo facie vallis induditur: ⁊ ex fluuio: quem accipit. Me/
las dictus. duas vrbes amplectitur alopoconenſū ⁊ in altero Jſth
mi littoris ſitam cardiam. eximia eſt ęnos ab Aenea profugo con/
dita. Circa hebrum cicones. Tranſ eundem doriſcos: vbi. Xerxem
copias ſuas: quia numero non poterat: ſpacio menſum ferunt.
Deinde promontoriū Scriphion: ex quo canentē orphea ſecuta ⁊
parrantur nemora: zonę. Tum ſcoenos fluuius: ⁊ ripis eius adia/
cens maronia. Regio vlterior Diomedē tulit imanibꝰ equis man/
dendos ſolitum obiectare aduenas: ⁊ ijſdem ab herculo obiectum

Turris: quam Diomedis vocant: ſignum fabule remanet: ⁊ vrbs:
quam ſoror eius ſuo nomine nominauit/ Abdere: ſed ea magis id
memorandum habet: ꝙ Democritū phyſicum tulit/ q̄ꝫ ꝙ ita cōdi/
ta eſt. Vltra neſtos fluit: Jnterqꝫ eum ⁊ ſtrymona vrbes ſunt:
philippia. apollonia. amphipolis. Jnter ſtrymona ⁊ athon turris
calamea. ⁊ portꝰ caprullon. vrbs acanthos ⁊ echinia. Jnter athon
⁊ pallenen deona ⁊ olynthos. Strymon: ſicut diximꝰ: amnis ē: lon
geqꝫ ortus ⁊ tenuis: alienis ſubinde aquis fit amplior: ⁊ vbi non
longe a mari lacuꝫ fecit: maiore q̄ꝫ venerat alueo erumpit. Athos
mons eſt adeo elatus: vt credatur altius q̄ꝫ vnde imbres cadunt/
ſurgere. capit opinio fidem: quia de aris quas in vertice ſuſtinet:
non abluitur cinis: ſed quo relinquitur aggere manet. Cęterū non
promontorio. vt alij: verum totus eſt: totoqꝫ longe dorſo proce/
dit in pelagus. qua continenti adhęret ⁊ Xerxe in graios tendente
perfoſſus tranſnauigatuſqꝫ: ⁊ actus freto nauigabili peruius. ima
eius tenent paruę pelaſgorū colonię. in ſūmo fuit oppidū Acro/
athon: in quo (vt ferunt) dimidio longior q̄ꝫ ī alijs terris ętas ha
bitantiū erat. Pallene ſoli tam patentis: vt quinqꝫ vrbium ſedes
ſit atqꝫ ager. tota in altum abit. anguſta ſatis vnde incipit. Jbi eſt
potidęa. at vbi laxius patet. Mendetione: quę referēdę. illa ab hę
retris. hęc ab achiuis capto Jlio remeantibus poſita. Tū Mace/
donum populi: quot vrbes habitant: quarum Pellam maxime il/
luſtrem alumni efficiūt Philippus gręcię domitor. Alexander etiā
aſię. Jn littore flexus megibernęus inter promontoria diuidit
canaſtreū ⁊ portum: qui copos dicitur. vrbes toronen ⁊ miſcellam
atqꝫ vnde ipſi nomē eſt. Megibernam incingit. canaſtreo promō
torio Sena proxima eſt. Megibernacuſa in medio qua terra dat
gremium: modice in littora ingreditur. Cęterum longis in altum
immiſſis lateribus ingens inter maria ſinus eſt. in eum axius per
macedonas etiam per theſſalos penitus excurrit. ante axium theſ/
ſalonice eſt. inter vtrūqꝫ caſſandria. cinda. aloros. icaris. apeno.

iſepida. corinthia.meliboea.caſtanea pares ad famã:niſi ꝙ philo
ctetes alumnus Meliboeã illuminat. Terrę interiores claris loco/
rum nominibꝰ inſignes pene nihil ignobile ferunt. hinc nõ lon/
ge eſt Olympus.hic Pelion.hic oſſa montes gigantum fabula bel
loqꝫ memorati.hic muſarum parẽs domuſqꝫ pieria. hic nouiſſime
calcatum grato herculi ſolum ſaltus oetęus.hic ſacro nemore no/
bilia tempe.hic Liberta carminũqꝫ fontes obiacent.¶Tum iã va/
ſte ⁊ multum prominens grecia:⁊ dum myrthoum pelagus attin/
gat:a ſeptentrione in meridiẽ vecta.qua ſol oritur ęgeis .qua occi/
dit Ionijs fluctibus obiacet.ac proxime ſpatioſa:⁊ hellas nomine
grandi fronte procedit.mox mari vtroqꝫ ⁊ Ionio magis latera ciꝰ
intrante donec quattuor milia paſſuum pateat media ferme prope
inciditur. Deinde rurſum terris huc ſe ⁊ illuc verũ in Ioniũ ma/
re magis expandentibꝰ progreſſiſqꝫ in altum nõ tam lata q̃ꝫ coe/
perat:ingens tamen iterum ⁊ quaſi peninſula extenditur. vocatqꝫ
peloponneſos:ob ſinus ⁊ promontoria:quis ut fibris littora eius
inciſa ſunt:ſimul ꝙ tenui tramite in latus effunditur:platani folio
ſimillima. ¶In macedonia prima ẽ Theſſalia.deinde Magneſia.
phthiotis.doris.locris.phocis.boetis.attis.megaris.Sꝫ omniũ
attis clariſſima.In pelopõneſo argolis.laconice.meſſenia.achaia.
elis. arcadia. vltra ętolia.acarnania. epiros vſqꝫ in adriam. De
locis atqꝫ vrbibus:quę mare nõ abluit hęc maxime memorãda ſũt
In theſſalia.Lariſſa aliquãdo iolcos. in Magneſia Anthronia.in
phthiotide phthia.in locride cinos ⁊ calioros. in phocide delphi
⁊ mons parnaſus.⁊ Apollinis fanum atqꝫ oraculum. In boetia
thebę et citheron fabulis carminibuſqꝫ celeberrimus. In attide
eleuſin Cereri conſecrata Et clariores.q̃ꝫ vt indicari egeant.Athe/
nę in megaride vnde regioni nomen eſt megara: At in argolide
argos ⁊ Myceng ⁊ templum Iunonis vetuſtate ⁊ religione per/
celebre. In laconide terapne. lacedemon. amyclę.mons Taygetus

In meſſenia Meſſenẽ ⁊ Methone. In achaia atqꝫ elide quondã
piſę oenomai.elis ⁊ numen delubrumqꝫ olympij Iouis certamine
gymnico ⁊ ſingulari ſanctitate. Ipſo quidem tamen ſimulacro :qõ
phidię opus ẽ maxime nobile. Arcadiam peloponneſiace gentes
vndiqꝫ incingunt. In ea ſunt vrbes perſophiſtenia. orchomenos
montes Pholoe.Cyllenius. Parthenius.męnalus. flumina ery/
manthus ⁊ ladon. In ętolia naupactos. In acarnania Stratos op
pida. In epiro dodonęi Iouis templum ⁊ fons ideo ſacer:ꝙ cum
ſit frigidus:⁊ imerſas faces ſicut cęteri extinguat:vbi ſine igne pro
cul admoueñ accendit. At cum littora leguntur a promontorio
Sepiade per Demetriam ⁊ halon ⁊ ptheleon ⁊ echinon ad paga/
ſeum ſinuꝫ curſus eſt. Ille vrbem pagaſam amplexus amnẽ Sper
chion accipit.⁊ quia Minyę colchida petentes inde argo nauẽ ſo/
luere memorantur.Ab eo ad Suniũ tendentibus illa prenauigan/
da.maliacus ⁊ opuntius grandes ſinus:⁊ in his cęſorum etiam la
conum trophea. Thermopylę.oroes.carphanemides alope.ante/
don.larumnę.aulis agamemnonię graiorumqꝫ claſſis in troiam
coniurantium ſtatio. Marathon magnarũ multarumqꝫ virtutũ
teſtis: iam inde a theſeo perſica maxima clade pnotus. Rhamnys
parua illuſtris tamen:ꝙ in ea fanum eſt amphiarai:⁊ phidiaca ne
meſis.phoricos ⁊ bauronia olim vrbes.iam tantũ nomina. Su/
nium promontorium eſt:finitqꝫ id littus hellados: quod ſpectat
ad orientem. Inde ad meridiem terra conuertiñ vſqꝫ ad megarã
atticę vt modo latere: ita nunc fronte pelago adiacens. Ibi eſt Py/
ręus athenienſium portus: Scyronia ſaxa ſęuo quondaã ſcyronis
hoſpitio etiam nunc infamia. Megarenſiũ tractus Iſthmon at/
tingit hoc illi cognomen eſt:quia quattuor milium ſpacio ęgeũ ma
re ab Ionio ſubmouens anguſto tramite helladi peloponneſon an
nectit. In eo eſt oppidum chencerea. fanum Neptuni. ludi quos
Iſthmicos vocãt/celebres. Corinthos olim clara opibꝰ.poſt clade
notior.nũc romana coloia.ex ſũma arce:quã acrocorithõ appellãt:

maria vtraqꝫ contuens. peloponneſi oram: ſicut diximus: ſinus et
promontoria lacerant ab oriente Bucephalos ⁊ cherſoneſus ⁊ ſcy
leon. ad meridiē malea: tęnaros. achritas. icthis: ad veſpeꝝ chelo/
nates ⁊ taraxos. habitãt ab Iſthmo ad ſcyleon epidaurij ęſculapij
templo inclyti ⁊ troezenij fide ſocietatis atticę illuſtres. portus ſar
donicus ⁊ ſchenitas ⁊ pagonus. Oppida aũt epidaurus ⁊ troezen
⁊ hermiona his littoribus appoſita ſunt. Inter ſcyleon ⁊ maleã la/
conicus. Inter tęnaron ⁊ acritã ⁊ Icthim cypariſſius. In argolico
ſunt noti amnes craſinus atqꝫ Inachus. ⁊ notum oppidum lerne
In laconico cynthius ⁊ eurotas: In ipſo tęnaro Neptuni templũ
⁊ ſpecus illi: quē in ponto acheruſium diximus: facie ⁊ fabula ſimi
lis. In aſinęo flumen pamiſum. In cypariſſio alpheus. nomē de/
dit vrbs in littore ſita. hinc cipariſſus. illinc aſine. Meſſenij pylij/
qꝫ terras colunt. ⁊ ipſa pelago pylos adiacet. Cyllene. calipolis.
patrę oram illã tenent: in quã thelonates ⁊ araxos excurrunt: Sed
cyllene: qꝫ mercuriũ ibi natum arbitrant̃ inſignis. ¶ Rhion (deinde
maris id nomen eſt) anguſte ⁊ velut freto lacus ore frequenti inci/
dens inter ętolos ⁊ peloponneſiacos vſqꝫ ad Iſthmon irrumpit.
In eo ad ſeptentrionē ſpectare littora incipiunt. In his eſt ęgeon
⁊ ęgina ⁊ oliros ⁊ Scion. ac in aduerſis pagecreuſis. anticyra. oe/
anthia. cyra: ⁊ notior aliquanto nomine calydon ⁊ euenos. Extra
rhion in acarnania maxime clara ſunt oppidũ. Leucas. flumen a/
chelous. ¶ In epiro nihil ambracio ſinu nobilius ē. facit ſinus. q̃
anguſtis faucibus ⁊ quę minus mille paſſibꝰ pateant grande pela/
gus admittit. Faciũt vrbes: quę aſſidunt Actium. argi. amphilo/
cis ambracia. ęacidarũ regna: pyrrhiqꝫ. Butroton vltra eſt. De/
inde Cerauni montes. Ab ijs flexus in adriã. hoc mare magnũ
ſe:ceſſu littorum acceptũ ⁊ vaſte quidem in latitudinē patens. qua
penetrat tamē vaſtius illyricis vſqꝫ tergeſtum. Cętera gallicis. Ita
liſqꝫ gentibus cinguntur. Parthenij ⁊ daſaretę prima eius tenent.
ſequentia paulatim Enthellę: phęaces. deinde ſunt: quos propne

illyricos vocant. Tum pyręi ⁊ liburni ⁊ Iſtria. Vrbium prima eſt
Oricum: ſecũda Durachiũ Epidamnos ante erat. Romani nomē
mutauere: qꝛ velut in damnũ ituris omen id viſum eſt. Vltra ſunt
apollonia. ſalona. Iadera. nona. traguriũ. ſinus polaticus et pola
quondã a colchis (vt ferunt) habitata: i quantũ res tranſeũt nunc
romana colonia. Amnes autē ęas: ⁊ nar. ⁊ danubius: qui iam di/
ctus eſt Iſter: ſed ęas ſecundũ apolloniã. nar inter pyręos libur/
nos. per Iſtros Iſter emittitur. Tergeſte intimo in ſinu adrię ſi/
tum finit Illiricum.
¶ De Italia magis qꝛ ordo exigit q̃ꝫ quia monſtrari eget: pauca
dicent̃. nota ſunt omnia. ab alpibus incipit in altum excedere: atqꝫ
vt procedit ſe media perpetuo apoenini iugo montis attollens in/
ter adriacum ⁊ tuſcum: ſiue vt aliter eadem appellant̃: inter ſupeꝝ
mare ⁊ inferum excurrit diu ſolida: Verum vbi longe abit in duo
cornua ſcindit̃: reſpicitqꝫ altero ſiculũ pelagus: altero ioniũ: tota
anguſta ⁊ alicubi multo q̃ꝫ vnde coepit anguſtior. Interiora eiꝰ
alię alięqꝫ gentes. Siniſtram partē Carni: ⁊ Veneti colunt toga/
tam galliã. Tum italici populi Picentes. Ferentani. dauni. apuli.
calabri. ſalentini. Ad dextrã ſunt ſub alpibus Ligures. ſub apoe/
nino hetruria. poſt latiũ. Volſci. campani. ⁊ ſuper Lucaniã Bru/
tij. Vrbiũ: quę procul a mari habitant̃ opulentiſſimę ſunt / ad ſi/
niſtram Patauiũ Antenoris. Mutina ⁊ Bononia romanoꝝ colo
nię. Ad dextrã Capua a Tuſcis ⁊ Roma quondã a paſtoribus con/
dita. nunc ſi pro materia dicatur alteꝝ opus. At in oris proxima ē
a tergeſte Concordia. Interfluit Timauus nouem capitibus exur/
gens vno oſtio emiſſus. deinde Natiſo nõ longe a mari ditē attin
git Aquileiã. Vltra eſt altinũ. Superiora late occupat littora pa/
dus. nanqꝫ ab imis radicibus veſuli montis exortus paruis ſe pri/
mum fontibus colligit: ⁊ aliquatenus exilis ac macer mox alijs a/
mnibus adeo augeſcit atqꝫ alitur: vt ſe per ſeptē ad poſtremũ o/
ſtia effundat. Vnũ de ijs magnũ padum appellant: Inde ſa·citus

proſilit: vt diſcuſſis fluctibꝰ diu qualē emiſit: vndā agat: ſuūqꝫ etiā
i mari alueū ſeruet: donec eū exaduerſo littore Iſtrię codē impetu
profluens Iſter amnis excipiat. hac re per ea loca nauigātibꝰ: qua
vtrinqꝫ amnes eunt inter marinas aquas dulcium hauſtus eſt. A
pado ad Anconā trāſitur Rauenna. Ariminū Piſaurum. faneſtris
colonia: flumē metaurus atqꝫ eſis. ⁊ illa in anguſto illoꝝ duorum
promontorioꝝ ex diuerſo coeuntiū inflexi cubiti imagine ſedens
e ideo a grais dicta Ancona: Inter gallicas italicaſqꝫ gentes quaſi
terminus intereſt. hęc eni pręgreſſos Piceni littora excipiunt. in
quibus humana potentia. dierna. cypra vrbes. caſtella autē firmuꝫ
adria. truentinū. Id ei fluuio: qui pręterit nomē eſt. Ab eo Seno/
gallia maritima. habent eni fluminis oſtia. Vrbes bucara ⁊ hiſto/
niū: Dauni autē Tifernum amnē: claterniā. lucrinū. theanū. op/
pida. montemqꝫ garganū. Sinus eſt cōtinuo Apulo littore incin/
ctus nomine Vrias modicus ſpatio/ pleraqꝫ aſper acceſſu. Extra
Simponium: vel vt graij dixere Sipillum: ⁊ flumen : quod canu/
ſiū attingens/ aufidū appellāt. poſt Barium ⁊ gnatia ⁊ Ennio ciue
nobiles rudię. ⁊ in calabria Brundusiū. Valetiū lupę hydrus mōs
tū ſalētini campi. ⁊ ſalētina littora ⁊ vrbs graia. Gallipolis. ¶ huc
vſqꝫ adria hucvſqꝫ italię latus alterū ptinet. Frons eius i duo q̄dē
ſe cornua ſicut ſupra diximus ſcindit. Cęterū mare. qđ inter vtraqꝫ
admiſit tenuibus promontorijs ſemel iterūqꝫ diſtinguēs non vno
margine circuit: nec diffuſū patenſqꝫ: ſed per ſinus recipit. Primꝰ
Tarentinus dicit̄ inter promōtoria Salen ⁊ lacinium. In eoqꝫ ſūt
Tarentus. metapontū. heraclea. Croto. Turium Secūdus Scylla/
ceus inter promontoria. Lacinium ⁊ zephyrium: in quo ē Petilia:
carcinus. Scyllaceū. miſtrę. Tertius inter zephirium. ⁊ Brutium.
Conſentiam. Pauloniā: locroſqꝫ circūdat. In brutio ſunt colonia
regia rhegium. Scylla. taurinū ⁊ metaurum. hinc in tuſcum mare
deflexus eſt: ⁊ eiuſdem terrę latus alterum maticana Ionium. In
hon. ⁊ cinica. clampetia. Blunda. Buxentium. Velia. Palinurus

olim phrygij gubernatoris. nunc loci nomē. Pęſtanus ſinus. Pę
ſtum oppidum. Silerus amnis. picentia. petrę: quas Syrenes ha/
bitauere. Minerue promontoriū. omnia Lucanię loca. Sinus pu
teolanus. Surrentum. herculaneum. Veſuuij montis aſpectus.
Pompeij. Neapolis. puteoli. Lacus lucrinꝰ ⁊ auernus. Baię. Miſ
ſenum: Id nunc loci aliquādo phrygij militis nomen. Cumę Lin/
ternū. Vulturnus amnis. Vulturnū oppidū. Amoena campanię
littora. Sinueſſa. liris. Minturne. Formię. fundi. terracina. Cyr/
ces domus aliquādo circeij. Antium. aphrodiſium. ardea. Lauren
tum. oſtia citra Tyberim in hoc latere ſunt. Vltra pyrgi. anio caſtꝝ
nouū grabus. Cecoſa. Telamon. Populonia. Cecina. Piſę: hetru/
ſca ⁊ loca ⁊ nomina. Deinde Luna Ligurū: ⁊ liguria: ⁊ Genua. et
Sabatia. ⁊ Albigaunū. Tum paulon ⁊ Varum flumina vtraqꝫ ab
alpibus delapſa : ſed Varum quia Italiā finit aliquanto notius.
Alpes ipſę ab ijs littoribus longe lateqꝫ diffuſę: primo ad ſepten/
trionem magno gradu excurrunt: deinde vbi Germaniam attige/
runt: verſo impetu in orientē abeunt: direptiſqꝫ populis imanibꝰ
vſqꝫ in thraciam penetrant:
¶ Gallia lemano lacu ⁊ gebennicis montibꝰ in duo latera diuiſa.
atqꝫ altero tuſcum pelagus attingens. altero oceanum. hinc a Va/
ro illinc a Rheno ad pyreneum vſqꝫ promittitur. pars noſtro ma/
ri appoſita / fuit aliquando braccata : nunc narbonenſis magis
culta ⁊ magis conſita: ideoqꝫ etiam lętior. Vrbium: quas habet:
opulentiſſimę ſunt vaſco vocuntiorum. vienna alobrogum. aue/
nio. canarum arecomicorum. Nemauſus. Toloſſa. Tectoſagum
ſecundanorum. arauſio ſectanorum. arelate: ſeptimanorumqꝫ Bli
tera. ſedanteſtatonis atacinorū: decimanorūqꝫ colonia. vnde olim
ijs terris auxiliū fuit: nūc ⁊ nomē ⁊ decꝰ ē martiꝰ narbo. In littori
bꝰ aliquot ſūt cū aliq̄bꝰ noibꝰ loca. Cęteꝝ rarę vrbes: q rari portꝰ
⁊ ois plaga auſtro. atqꝫ africo expoſita ē. Nicea tāgit alpes. tangit

oppidū ꝑoctiacū.tangit antipolis. Deinde eſt foꝛū Julij octaua/
noꝝ colonia. Tunc poſt Antiopolim.⁊ olbiā: ⁊ Taurion. ⁊ Cita/
ris tenet ⁊ Tacidon maſſilienſiū poꝛtus.⁊ ī eo ipſa Maſſilia. Hęc
a phoccis oꝛiunda:⁊ olim inter aſperas poſita:nunc vt pacatis ita
diſſimilimis tamen vicina gentibus.mirum q̄ꝫ facile ⁊ tunc ſedem
alienā coeperit:⁊ adhuc moꝛem ſuum teneat. Inter eam ⁊ Rhoda
num maritima auaticoꝝ ſtagno aſſidet foſſa mariana. partē eius a/
mnis nauigabilis alueo effundit.alioquin littus ignobile ē lapideū
(vt vocāt)ī quo herculem cōtra albiana ⁊ bergion Neptuni liberos
dimicantē cū tela defeciſſent ab inuocato Joue adiutū imbꝛe lapi/
dū ferunt.credas pluiſſe.adeo multi paſſim ⁊ late iacent. Rhoda/
nus nō longe ab Jſtri rheniqꝫ fontibus ſurgit . deinde lemano la/
cu acceptus tenet impetum: ſeqꝫ per mediū integer agens quant⁹
venit/egredit̄:⁊ inde contra in occidentē ablatus aliquādiu gallias
dirimit. Poſt curſu in meridiē abducto hac intrat acceſſuqꝫ alioꝝ
amniū iam grandis ⁊ ſubinde grandioꝛ iter volcas ⁊ cauaras emit
titur. Vltra ſunt ſtagna Volcaꝝ:Ledum flumen.caſtellū latara.
meſua collis incinctus mari pene vndiqꝫ:ac niſi ꝙ anguſto aggere
continenti annectitur inſula. Tum ex gebennis demiſſus.Arauſis
iuxta acatā.ſecundū bliteras obris fluit.atax ex pyreneo monte di
greſſus qua vi fontis aquis venit exiguus vaduſqꝫ. Eſt etiā ingen
tis alioquin aluei tenens:niſi vbi narbonem attingit:nuſq̄ꝫ naui/
gabilis:ſed cū hibernis intumuit imbꝛibus:vſqꝫ eo ſolitus inſur/
gere:vt ſe ipſe non capiat. Lacus accipit eum Rubꝛeſus noīe ſpa/
cioſus admodū:ſed q̄ mare admittit:tenuis aditu. Vltra ē Leu/
cata littoꝛis nomē.⁊ ſalſuſe fons non dulcibus aquis defluens ſed
ſalſioꝛibus ⁊ q̄ꝫ marinę ſunt. Juxta campus minuta arundine: gra
ciliqꝫ peruiridis:Cęterum ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. Jd manife/
ſtat media pars eius:quę abſciſſa proximis velut inſula natat:pel/
liqꝫ ſe atqꝫ attrahi patit̄:quin ⁊ ex ijs quę ad imū ꝓfoſſa ſunt. ſuf/
fuſā mare oſtendit̄. Unde graijs noſtriſqꝫ etiā auctoꝛib⁹/ verine

ignoꝛātia/an pꝛudentibus etiā mendacij libidine viſum eſt trade/
re poſteris/in ea regione piſcem e terra penitus erui: ꝙ vbi ex al/
to huc uſqꝫ penetrauit per ea foꝛamina ictu captantium interfectus
extrahitur. Jnde eſt oꝛa Soꝛdonū:⁊ parua flumina thelis ⁊ thi/
cis vbi accreuere perſęua. colonia Ruſcino.vicus eliberre magnę
quondā vrbis ⁊ magnarū opum tenue veſtigiū. Tum inter pyre
nei pꝛomontoꝛia poꝛtus veneris eſt ſinu ſalſo:⁊ ceruaria locus fi/
nis gallię.
¶Pyreneus pꝛimo hinc in bꝛitannicū pꝛocurrit oceanū: tum in/
ter terras fronte conuerſus hiſpaniā irrumpit:⁊ minoꝛe eius par/
te ad dexterā excluſa trahit perpetua latera continuus per omnem
donec pꝛouinciā longo limite immiſſus/in ea litroꝛa:quę occiden/
ti ſūt aduerſa/perueniat. Jpſa hiſpania : niſi qua gallias tangit :
pelago vndiqꝫ incincta eſt:vbi illis adhęret: maxime anguſta pau
latim ſe in noſtrum ⁊ oceanū mare extendit:magis magiſqꝫ latioꝛ
ad occidentem abit:ac fit ibi latiſſima.viris.equis.ferro.plumbo.
ęre.argento auroqꝫ ⁊ tam abundās: ⁊ adeo fertilis vt ſicubi ob pe
nuriā aquarum effocta ⁊ ſui diſſimilis eſt:linum tamen aut ſpartū
alat: Tribus autē eſt diſtincta nominibus. parſqꝫ eius Terraco/
nenſis.pars Betica.pars Luſitania vocatur. Terraconenſis altero
capite gallias.altero beticam Luſitaniāqꝫ contingens. mari latera
obijcit noſtro.qua meridiem.qua ſeptentrionē ſpectat oceano. il/
las fluuius Anas ſeparat.⁊ ideo betica maria vtraqꝫ pꝛoſpicit: ad
occidentem atlanticum.ad meridiem noſtrum. Luſitania oceano
tātūmodo obiecta eſt:ſed latere ad ſeptētriones:fronte ad occaſuꝫ
Vrbium de mediterraneis in terraconenſi clariſſimę fuerunt Pal/
lantia ⁊ Numantia:nunc eſt Cęſarauguſta. Jn luſitania.Emerita.
Jn betica.Aſtagi. Jſpalis .Coꝛduba. At ſi littoꝛa legas.accruaria
pꝛoxima eſt rupes:quę in altum pyreneum extrudit: Dein thicis
flumē ad rhodā clodianū ad Empoꝛia. Tū mōs iouis cui⁹ parti oc
cidenti aduerſā eminentiā cautiū:quę inter exigua ſpacia vt gradu

ſubinde cõſurgunt: ſcalas Annibalis appellãt. Inde ad tarraconẽ
parua ſunt oppida Blãdeluro. betullo. barchino. Subur. Tholobi
parua flumina / Betullo. Juxta Jouis montẽ Rubrica: tum in Bar
chinonis littore inter ſubur ⁊ Tholobin maius taraxo. Urbs ẽ in
his oris maritimarum opulentiſſima. Tulcis. Eam modicus amnis
ſuper / Ingens iberus deorſum attingit. Inde ſe i terras pelagus
inſinuat: ⁊ primum magno impetu admiſſum. mox in duos ſinus
promontorio: quod Ferrariã vocant: finditur: prior ſupproneñſis
dicitur: maiorqꝫ ac magno ſatis ore pelagus accipiens: ⁊ quo ma/
gis penetrat̃: anguſtior Sorobin ⁊ Duriam ⁊ Sucronẽ non ma/
gna excipit flumina. Urbes complexus ⁊ alias quidẽ: ſed notiſſi/
mas Ualentiã ⁊ Saguntũ illam fide ⁊ ęrumnis inclytam. Sequẽs
ilicitanus Alonem habet: ⁊ lucentiam: ⁊ vnde ei nomen eſt / ilicen.
Hic iam terrę magis in altum eunt: latioremqꝫ q̃ꝫ fuerat / hiſpaniã
faciunt: verũ ab iis: quę dicta ſunt: ad principia betice preter Car/
thaginẽ: quã dux poenorũ Aſdrubal condidit: nihil referendũ eſt.
In illis oris ignobilia ſunt oppida: ⁊ quorum mentio tantũ ad or/
dinem pertinet: Uirgi in ſinũ quẽ Uirgitanũ vocant. Extra Abde/
ras velox. menobia. Malacha. Ciſal. Dubal. acipiro. Barbeſul
Aperit deinde anguſtiſſimũ pelagus: ⁊ proxima inter ſe Europę:
atqꝫ africę littora mõtes efficiũt: vt initio diximus: columnę her/
culis abyla: ⁊ calpes: vterqꝫ quidẽ ſed calpes magis ⁊ pene tot[9] in
mare prominens. Is mirum in modũ cõcauus. Ab ea parte qua ſpe/
ctat occaſũ: mediũ fere latus aperit: atqꝫ inde ingreſſus totus ad/
modũ peruius prope quantũ patet ſinus: ⁊ ſpecus vltra eſt: In eo
qꝫ tartheia (ut quidã putãt) aliquãdo tartheſos: ⁊ quã trãſuecti ex
africa phoenices habitãt: atqꝫ vnde nos ſumus: cingenteratũ. mel
laria ⁊ bello ⁊ beſipho vſqꝫ ad Junonis promõtoriũ orã freti occu
pat. Illud iã in occidẽtẽ ⁊ oceanũ obliquo iugo excurrens: atqꝫ ei
qđ in africã ampeluſiã eſſe dixeramus aduerſũ / qua noſtra maria
ſunt / finit Europen. Gades inſula quę egreſſis fretũ obuia ẽ: ad/

monet ante reliquas dicere: q̃ꝫ in oceani littora terrarũqꝫ circuitum
vt initio promiſimus: oratio excedat. Paucę ſunt i męotide (In/
de cui videt̃ cõmodiſſimũ incipere) neqꝫ oẽs tamẽ incolunt̃. nam
nec pabula quidẽ large ferunt. Hac re habitantibus caro magnorũ
piſcium ſole ſiccata ⁊ in puluerẽ vſqꝫ cõtuſa pro farre ẽ. Paucę ⁊ in
ponto leuce boryſtenis oſtio obiecta parua admodũ. ⁊ q ibi achil/
les ſitus eſt: achillea cognomine. nõ longe acolliſaria: quę Marti
ſacrata: vt fabulis tradit̃. tulit aues cũ ſũma clade aduenientiũ pen
nas quaſi tela iaculatas. Sex ſũt inter iſtri oſtia. Ex iis Peuce no/
tiſſima ⁊ maxima. Cymas mariandynorum finibus proxima vrbẽ ha
bet: quã qꝛ bithyni incolunt bithynida appellant. Contra thraciũ
boſphorum duę paruę: paruoqꝫ diſtãtes ſpacio: ⁊ aliquãdo creditę:
dictęqꝫ cõcurrere: ⁊ cyaneę vocant̃ ⁊ ſymplegades. In propõtide
tãtũ proconeſos habitat̃. Extra helleſpõtũ earum quę aſiaticis regio
nibus adiacẽt / clariſſimę ſũt Tenedos ſigęis aduerſa littoribus. et
quo dicent̃ ordine ad promontorium tauri montis expoſitę: quas
quidã dici putauere Macaron: ſiue q fortunati admodũ cęli ſoli/
qꝫ ſũt: ſiue q eas ſuo ſuorũqꝫ regno Macar occupauerat. In Tro
ade leſbos. ⁊ in ea quinqꝫ olim oppida antiſa. pyra. ereſos. Cirana
Mitylene. In Jonia Chios ⁊ Samos. In Caria cos. In Lycia
Rhodos. In illis ſingulę ſũt iiſdẽ noibus vrbes. In Rhodo tres
quõdã erãt Lindos: Camiros. Jelyſos. q̃ cõ Tauri pmõtoriũ ipor
tune nauigãtib[9] obiacẽt Chelidonię noiant̃. In ſinu quẽ maximũ
aſia recipit ppe media cyprus ad ortũ occaſũqꝫ ſe immittẽs recto iu/
go inter ciliciã Syriaſqꝫ porrigit̃ ingẽs: vt q̃ aliquãdo nomẽ regno
coeperit: ⁊ nunc aliquot vrbes ferat. quarum clariſſimę ſalamis ⁊ pa/
phos: ⁊ quo primũ ex mari venerẽ egreſſã accolę affirmãt. palępa
phos. Parabos etiã i phoenice eſt parua: ⁊ quantũ patet tota op/
pidũ / frequens tamẽ: Or etiã ſup aliena tecta ſedẽ ponere licet. par
ua ⁊ Canopos Nili oſtio: qđ canopicũ vocãt: obuia eſt. Menelai
gubernator Canob[9] ibi forte moriens nomẽ inſulę. illa oſtio dedit

Pharos Alexandrię nunc ponte coniungitur: olim vt homerico
carmine proditum eſt: ab eiſdem oris curſu diei totius abducta: ⁊
ſi ita res fuit: videri poteſt coniectantibus in tantū mutatę cauſas
Nilum prębuiſſe: dum limum ſubinde: ⁊ pręcipue cum exundaret:
littori annectens auget terras ſpaciumqꝫ augeſcentium in vicina
vada promouet. In africa contra maiorem ſyrtim cuteletos: cōtra
minoris promontoria meninx: ⁊ cercinna. contra carthaginis ſi/
num tarrichię ⁊ egathee romana clade memorabiles. Plures Eu/
rope littoribus ſunt appoſitę: In egeo mari prope thraciā Tha/
ſos. Imbros. ſamothrace. Scandile. polyagos. Scyathos: halone/
ſos. ⁊ quā aliquando omnibus qui mares erant. cęſis tantū foe/
minę tenuiſſe dicuntur atho monti Lemnos aduerſa Pagaſeus ſi
nus Scyathon proſpicit. ſciniſſon amplectitur. Euboea ad meridiē
promontorium gereſton ⁊ caphareā. ad ſeptētrionē caunum extru
dit. ⁊ nuſqꝫ lata duum milium ſpacium habet vbi arctiſſima eſt: cę
terum longa totiqꝫ boetię appoſita anguſto freto diſtat a littore.
Euripon vocāt: rapidum mare ⁊ alterno curſu ſepties die: ac ſepti
es nocte fluctibus inuicem verſis: adeo imodice fluens: vt ventos
etiam ac plena ventis nauigia fruſtretur. Aliquot in ea ſunt oppi/
da. Styra Eretria. piranceſſos. occhalia. verum opulentiſſimę Cary
ſtos ⁊ chalcis. In attide helene eſt nota ſtupro helenę. ⁊ ſalamis
excidio claſſis perſicę notior. Circa pelopomneſon etiā nunc i ęgeo
phitiuſa ⁊ ęgina epidaurico littori proxima: Troezenio calauria in
ter ignobiles alias leto Demoſthenis nobilis. In myrthoo cythe/
ra contra maleam emiſſa: ⁊ Tegea. Niſſa contra acritā. In Ionio
proſtirria. Cephalonia. Neritos. Same. Zacinthos. Dulichium. et
inter non ignobiles vlyſſis nomine Ithaca maxime illuſtris. In
Epiro Echinades. ⁊ olim Plotę Strophades. contra ambratium
ſinū Leucadia. ⁊ vicina adriaco mari Corcyra. hę thracū graiorūqꝫ
terris obiacēt. at interius nelos. olearos. ęgina. cathon. Ios. The
ra. Gyaros. Iporis. Dionyſſa. Cianos. Chalcis. Icaria. Pinaria.

Niſyros. Lebynthos: calydnę. aſine. hę qꝛ diſperſę ſunt Sporades
Ab eis Licinos: hipanos. Siphnos. Seriphos. henea. Paros.
Syros. Tenos. Mycon. Naxos. delos. andros: qꝛ in orbem iacent
Cyclades dictę ſūt. Super eas iam in medio mari ingens ⁊ cētū
quondā vrbibus habitata Crete/ad orientē promontoriū Samo/
nium: ad occidentē criu metopon immittit: niſi maior: eſſet Cypro
ſimilis. multis famigerata fabulis aduentu Europę. paſiphaes et
Ariadne amoribus. Minotauri feritate fatoqꝫ. Dędali operibꝰ et
fuga. tum ſtatione atqꝫ morte: maxime tamē eo ꝙ ibi ſepulti Io/
uis pene clarum veſtigiū ſepulchrū: cui nomē eius inſculptū eſſe
accolę oſtendunt. Vrbiū notiſſimę Gnoſſos. gortyna Lyctos. ly/
caſtos. olopixos. pheſtos: cydon. Camoracuſa. dyctina. Inter col/
les ꝙ ibi nutritum Iouem accipimus: fama Idei montis excellit.
Iuxta ē aſticla. Naumachos. zephyre. griſe. caudos: ⁊ quas muſa/
gorus numero tres vno tamē vocabulo appellāt: atqꝫ vnde carpa
thio mari cognomē ē carpathos. In adria aſporos. dicedalos. ab/
ſyrtis. Iſſa. Ticana. hidria. phlecirides. nigra corcira. lingarium.
Diomedia. Aeſtria. aſine. atqꝫ vt Alexandrię ita Brunduſio adia/
cens Pharos.

¶ Sicylia (ut ferūt) aliquādo cōtinens: ⁊ agro brutio annexa. poſt
freto maris ſiculi abſciſſa eſt. id anguſtum ⁊ anceps alterno curſu
modo in tuſcum. modo in Ionium pelagus perfluit/atrox. ſęuum
⁊ ſcyllę charybdiſqꝫ ſęuis numinibus inclytū. Scylla ſaxum ē: cha/
rybdis mare. vtrunqꝫ noxiū appulſis. Ipſa ingens ⁊ tribus pro/
montorijs in diuerſa procurrens grecę litterę imaginem: quę del
ta dicitur. efficit. Pachinum vocāt: qȯ gręciā ſpectat. lilybeum qȯ
in africam. Pelorum quod in Italiam vergens ſcyllę ad uerſum eſt
cauſa nōis. Pelorus gubernator ab Annibale ibidē conditus: quē
idem vir profugus ex africa ac per ea loca Syriā petēs: quia procul
intuenti videbant cōtinua eſſe littora/⁊ nō peruium pelagus/pro/
ditū ſe arbitratꝰ occiderat. Ab eo ad pachinū ora quę extenditur

Ionium mare attingens hęc fert illuſtria Meſſanã. Taurominiũ.
Catinã. Megarida. Syracuſas ⁊ in ijs mirabilem arethuſã. fons ē
in quo viſuntur iacta in alpheum amnem: ut diximus: pelopõne
ſiaco littori infuſum. vnde ille creditur nõ ſe conſociare pelago: ſed
ſubter maria terraſqꝫ depreſſus huc agere alueũ: atqꝫ hic ſe rurſus
extollere. Inter pachynũ ⁊ lilybeũ ⁊ agragas ē. ⁊ heraclea ⁊ ther/
me. Inter lilybeũ ⁊ pelorida Panormus/⁊ Imera. Interius vo
Leontini ⁊ centuripinũ ⁊ hybla: alięqꝫ complures. Famã habet ob
Cereris templũ ętna precipua montiũ. Eryx maxime memoratur
ob delubrum veneris ab Aenea conditũ. ⁊ ętna quę cyclopas olim
tulit: nunc aſſiduis ignibus flagrat. De amnib⁹ Imera referēdus
qꝛ in media admodũ ortus in diuerſa decurrit: ſcindenſqꝫ eã vtrin
qꝫ alio ore in libycũ alio in tuſcũ mare deuenit. Circa Siciliã in ſi/
culo freto eſt Aeęe: quã Calypſo habitaſſe dicit̃. Africam verſus
gaulos. melita. coſura. Propius Italiã galata. ⁊ illę ſeptē: q̃s ęoli
appellant oſteodes. Lipara. heratea. didyma. phoenicuſſa. ericuſſa
Aetna perpetuo flagrat igne. hiera ⁊ ſtrongyle ⁊ pithecuſſa. leuco/
thea ęnaria. Sidonia. caprcę. prochyta. Pontie. pandatoria. Sino
nia. parmaria Italico lateri citra tyberina hoſtia iacent. Ultra ali/
quot ſunt paruę dianium. Iginium. carbania. vrgo. Ilua: capraria.
Duę grãdes fretoqꝫ diuiſę ethruſco: quaꝝ corſica littori propior in
ter latera tenuis ⁊ longa preter q̃ꝫ vbi aperta: ⁊ marianę colonię
ſunt. A barbaris colit̃ Sardinia africũ pelagus attingens: niſi ꝙ
in occidentē q̃ꝫ in orientē anguſtius ſpectat: par ⁊ quadrata vndi/
qꝫ ⁊ nuſq̃ꝫ non aliquãto ſpacioſior q̃ꝫ vbi longiſſima ē/corſica. Cę/
terũ fertilis ⁊ ſoli q̃ꝫ cęli melioris: atqꝫ vt fęcunda ita pene peſti/
lens. In ea antiquiſſimi populoꝝ ſunt Ilienſes. Urbiũ antiquiſſi
mę Calaris: ⁊ ſulci. At in gallia quas referre conueniat ſolę ſunt
Stoechades ab ora liguꝝ ad Maſſiliã vſqꝫ diſperſę. Baleares in
hiſpania cõtra tarraconenſia littora ſitę nõ longe inter ſe diſtant. ⁊
ex ſpacio ſui cognominibus acceptis maiores minoreſqꝫ phibent̃.

Caſtella ſunt in minoribus Samo ⁊ Mago: in maioribus parma:
⁊ polentia colonię. Ebuſos e regione promontorij: qđ in ſucro/
nēſi ſinu Ferrariã vocãt: eodem noīe vrbē habet: frumentis tantũ
non fęcunda. ad alia largior: ⁊ omniũ animaliũ: quę nocent: adeo
expers: vt nec ea quidē quę de agreſtibus mitia ſunt: aut generet:
aut ſi inuecta ſunt ſuſtineat. Cõtra eſt. Colubraria cuius meminiſ
ſe ſuccurrit: ꝙ cum ſcateat multo ac malefico genere ſerpentũ ⁊ ſit
ideo inhabitabilis: tamen ingreſſis eam intra id ſpacium: qđ Ebu/
ſitana humo circũſignauerunt: ſine pernicie ⁊ tuta eſt/ iiſdem illis
ſerpentibus: qui ſolent obuios appetere: aſpectum eius pulueris
aliudve quod verius/procul ⁊ cum pauore fugientibus.

Pomponij Mellę coſmographi liber Tertius.

DIcta eſt ora noſtri maris. dictę inſulę/quas amplecti
tur. reſtat ille circuitus: quem vt initio diximus: cin/
git oceanus ingens ⁊ infinitũ pelagus ⁊ magnis ęſti
bus concitum (ita enim motus eius appellant) mo/
do inundat campos. modo late nudat ac refugit. nũc
alios alioſqꝫ inuicē/neqꝫ alternis acceſſibus nunc in hos: nunc in
illos impetu verſum. ſed vbi in omnia littora: quãuis diuerſa ſint
terrarum inſularumqꝫ ex medio pariter effuſum eſt: Rurſus ab il/
lis colligit̃. in medium ⁊ in ſemetipſum redit. tanta vi ſemper im/
miſſum: vt vaſta etiam flumina retroagat: ⁊ vt terreſtria deprehen
dat animalia: aut marina deſtituat. neqꝫ adhuc ſatis cognitum eſt
anhelitu ne ſuo id mundus efficiat: retractãqꝫ cum ſpiritu regeret
vndã vndiqꝫ: ſi vt doctiorib⁹ placet: vnũ animal ē: an ſint depreſſi
aliqui ſpecus: quo reciproca maria reſidant: atqꝫ vnde ſe rurſus ex
uberãtia attollant: an luna cauſis tantis meatib⁹ pręheat. Ad ortus
certe eius occaſuſqꝫ variant̃: neqꝫ eodē aſſidue tēpore: ſꝫ vt illa ſur
git ac demergit̃: ita recedere atqꝫ aduētare cõperimus. Huc egreſ/
ſos ſequēteſqꝫ ea: quę exeuntibus dextra ſũt: equor atlanticũ ⁊ ora
bętice frontis excipit: quę niſi ꝙ ſemel iterũqꝫ paululum in ſemet

abducitur: vſqꝫ ad fluuium anam pene recta eſt. Turduli ⁊ baſtuli
habitant. In proximo ſinu portus eſt: quē gaditanū: ⁊ lucus quē
oleaſtrum appellant. Tum caſtellum Ebora i littore. ⁊ procul a lit/
tore aſta colonia. extra Iunonis ara templumqꝫ eſt. In ipſo mari
monumentū Geryonis ſcopulo magis q̄ꝫ inſule impoſitū. Betis
ex terraconenſi regione demiſſus per hāc fere mediam diu: ſicut
naſcitur: vno amne decurrit. poſt vbi nō longe a mari grandeꝫ la/
cum facit: quaſi ex vno fonte geminus exoritur: quantꝰqꝫ ſimplici
alueo venerat: tantus ſingulis effluit. Tum ſinus alter vſqꝫ ad fi/
nem prouincię inflectitur: cumqꝫ parua oppida olitingi. onolapa
contingunt. At luſitania trans anam qua mare atlanticū ſpectat.
primum ingenti impetu in altum abit: deinde reſiſtit: ac ſe magis
etiam q̄ꝫ bętica abducit. qua prominet bis in ſemet recepto mari:
in tria promontoria diſpergit᷑. Anę proximum quia lata ſede pro/
currens paulatim ſe ac ſua latera faſtigiat: cuneus ager dicitur: ſe/
quens ſacrum vocant. magnum quod vlterius eſt. In Cuneo ſunt
M[illegible]irtilibalio. oſſonoba. In ſacro latobrigal ⁊ portus Annibalis.
In magno ebora. Sinus interſunt: ⁊ eſt in proximo Salacia. In
altero vlyſſipo. ⁊ tagi oſtiū amnis aurū gemmaſqꝫ generātis. Ab
iſs promontorijs ad illam partem: quę receſſit: ingens flexus ape
ritur. In eoqꝫ ſunt Turauli veteres: turdulorūqꝫ oppida. amnes
autē in medium fere M[illegible]unda vltimi promontorij latus effluens:
⁊ radices eiuſdē abluens. Durius frons illa aliquādiu rectā ripam
habet: deinde modico flexu accepto mox paulū eminet: tū reducta
itez iterūqꝫ recta margine iacēs ad promōtoriū: quod celticū voca
mus: extenditur. totā celtici colunt: ſed a durio ad flexū groni. flu/
untqꝫ per eos Auocelandus. Nebis M[illegible]inius ⁊ cui obliuionis co/
gnomē ē Limia flexus ipſe Lābriacā vrbē amplexꝰ recipit fluuios.
lęros. ⁊ illā partē: quę ꝓminet: pręſamarchi habitāt: pqꝫ eos ta/
maris ⁊ Sars flumina nō lōge orta decurrūt. tamaris ſcōm Ebora
pontū. Sars iuxta turrē Augusti titulo memorabileꝫ. cętera ſuper

Tamarici nerijqꝫ incolunt in eo tractu vltimi. ¶ Hactenus eni ad
occidentem verſa littora pertinent: deinde ad ſeptentriones toto
latere terra cōuertitur. a celtico promontorio ad ſcythicū vſqꝫ per/
petua eius ora: niſi vbi modici receſſus ac parua promōtoria ſunt
ad cātabros pene recta eſt. In ea primū artabri ſunt. ⁊ Ianaſū cel/
ticę gētis. deinde aſtures. In artabros ſinus ore anguſto admixtū
mare/non anguſto ambitu excipiens adrobitum vrbem ⁊ quattu/
or amnium oſtia incingit. duo etiam inter accolentis ignobilia ſūt
per alia Ducamaris exit in libyca. In aſturū littore noeta ē oppi/
dum: ⁊ tres arę: quas ſeſtianas vocant: in peninſula ſedent: ⁊ ſunt
auguſti nomine ſacrę: illuſtrantqꝫ terras ante ignobiles. at ab eo
flumine: quod ſaliā vocāt: incipiunt orę paulatim recedere: ⁊ latę
adhuc hiſpanię magis magiſqꝫ ſpacia contrahere: vſqꝫ adeo ſemet
⁊ terras anguſtantibus: ut earum rerum ſpacium inter duo maria
dimidio minus ſit: qua Galliā tangūt: q̄ꝫ vbi ad occidentem littus
exporrigunt. Tractū Cantabri ⁊ varduſi tenent. Cātabroꝝ aliquot
populi amneſqꝫ ſunt: ſed quorum nomina noſtro ore concipi ne/
queant/percundi. ⁊ ſalenos. ſauriū. Per auriginos ⁊ orgenomes
quoſdā naſa deſcendit: ⁊ deuales tritonobelunte cingit: ⁊ detū atu
ria ſonans. Sauſo ⁊ magrada. Varduli vna gens hinc ad pyrenei
iugi promontoriū ptinēs claudit hiſpanias. ¶ Sequit᷑ gallię latus
alterū: cuius ora primo nihil ꝓgreſſa in altum: mox tātundē pene
in pelagus excedens quantū retro hiſpania abſceſſerat cantabricis
fit aduerſa terris: ⁊ grādi circuitu afflexa ad occidentē littus aduer
tit. Tunc ad ſeptentriones conuerſa iterū longo rectoqꝫ tractu ad
ripas rheni amnis expandit᷑. Terra eſt frumenti pręcipue ⁊ pabu/
li ferax ⁊ amoena lucis īmanibus quicquid ex ſatis frigoris impa/
tiens ē ager nec vbiqꝫ alit: ⁊ noxio genere animalium minime fre/
quens. Gentes ſuperbę. ſuperſtitioſę. aliquādo etiā imanes adeo
vt hominem optimā ⁊ gratiſſimā dijs victimā crederent. manent
veſtigia veritatis iā abolitę: atqꝫ vt ab vltimis cędibus temperāt:

ita nihilominus vbi deuotas altaribus admouere/delibant. habēt
tamen ⁊ facundiam suam: magiſtroſqꝫ ſapientie dryudas. hi terre
mundiqꝫ magnitudinem ⁊ formā. motus celi ⁊ ſiderū/ ac quid dij
velint: ſcire profitentur. docent multa nobiliſſimos gentis clam ⁊
diu vicenis annis in ſpecu/ aut in abditis ſaltibus. vnū ex ijs que
precipiunt in vulgus effluxit: videlicet vt forent ad bella meliores
eternas eſſe animas/ vitamqꝫ alteram ad manes. itaqꝫ cum mortu
os cremant ac defodiunt: apta viuentibus olim negociorum ratio
etiam ⁊ exactio crediti deferebatur ad inferos: erantqꝫ qui ſe in ro/
gos ſuoꝝ velut vna victuri libenter immitterent. Regio quam inco/
lunt omnis comata gallia. Populorū tria ſumma nomina ſunt:
termināturqꝫ fluuijs ingentibus. nam a pyreneo ad garumnam a/
quitania ab eo ad ſequanā celte. inde ad rhenum pertinent Belge.
Aquitanorum clariſſimi ſunt auſci Celtarum hedui. Belgarum tre
ueri. Vrbeſqꝫ opulentiſſime i treueris augusta. In heduis augu/
ſtudunum. In aucis heliumberrū. Garumna ex pyreneo monte
delapſus niſi cū hyberno imbre aut ſolutis niuibus intumuit: diu
vadoſus / ⁊ vix nauigabilis fertur. At vbi obuius oceani exeſtuan
tis acceſſibus adauctus eſt: iiſdemqꝫ retro remeantibꝰ ſuas illiuſqꝫ
aquas agit: aliquantū plenior/ ⁊ quanto magis procedit: eo latior
fit. ad poſtremum magni freti ſimilis nec maiora tantū nauigia to/
lerat: verum etiā more pelagi ſeuientis exurgens iactat nauigātes
atrociter: vtiqꝫ ſi alio ventus alio vnda precipitat. In eo eſt inſula
Antros nomine: quam pendere ⁊ attolli aquis increſcentibus ideo
incole exiſtimant: quia cum videatur editior aquis obiacet: vbi ſe
fluctus impleuit illam operit: nec vt prius tātū ambit: ⁊ qꝰ ea qui
bus ante ripe: colleſqꝫ ne cernerent obſtiterant: tunc velut ex loco
ſuperiore perſpicua ſunt. A Garumne exitu latus illud incipit ter
re procurrentis in pelagus: ⁊ oro cantabricis aduerſa littoribus
alijs populis media eius habitātibus /ab ſantonis ad oſiſmos
vſqꝫ deflexa. Ab illis enim iterum ad ſeptentriones frons littorū

reſpicit: pertinentqꝫ ad vltimos gallicarum gentium Morinos:
nec portu: quem geſoriciacū vocāt: quicꝙ́ habent notius. Rhe/
nus ab alpibus decidens ꝓpe a capite duos lacus efficit venetū ⁊
acronū. mox diu ſolidus: ⁊ certo alueo lapſus haud procul a ma/
ri huc ⁊ illuc diſpergit: ſed ad ſiniſtꝝ amnis etiā tū ⁊ donec effluat
rhenus ad dexterā ꝑmo anguſtꝰ ⁊ ſui ſilis. poſt ripis lōge ac late
recedētibꝰ iā nō amnis ſꝫ ingēs lacꝰ vbi campos ipleuit flevo dicit
eiuſdēqꝫ nois inſulā āplexꝰ fit iteꝝ arctior iteꝝqꝫ fluuius emittit.
¶ Germania hinc ripis eius vſqꝫ ad alpes. a meridie ipſis alpi/
bus. ab oriente ſarmaticarū confinio gentiū. qua ſeptētrionē ſpe/
ctat. oceanico littore obducta eſt. Qui habitant immanes ſūt ani/
mis atqꝫ corporibus: ⁊ ad inſitam feritatem vaſte vtraqꝫ exercent/
bellando animos/ corpora ad conſuetudines laboꝝ maxime. frigo
ra nudi agunt: anteꝙ́ puberes ſint. ⁊ longiſſima apud eos pueri/
tia eſt. viri ſagis velantur aut libris arborum. quāuis ſeua hyeme
nandi non patientia tātum illis/ ſtudium etiam eſt. bella cum fini/
timis gerunt. cauſas eorum ex libidine acceſſunt: neqꝫ imperitan/
di prolatandiqꝫ que poſſident. Nam ne illa quidē enixe colūt: ſed
vt circa ipſos que iacent vaſta ſint. Jus in viribus habēt adeo: vt
ne latrocinij quidē pudeat: tm̄ hoſpitibꝰ boni. miteſqꝫ ſupplicibus
victu ita aſperi incultiqꝫ vt cruda etiā carne veſcant. aut recenti aut
cū rigentē in ipſis pecudū ferarūqꝫ corijs manibus pedibuſqꝫ ſubi
gendo renouarunt. Terra ipſa multis ipedita fluminibus. multis
mōtibꝰ aſpera: ⁊ magna ex parte ſiluis ac paludibꝰ inuia. Paludū
Sueſia Meſia ⁊ melſiagū maxime. Syluaꝝ hercynia ⁊ aliquot ſūt
ꝗ nomē hn̄t: ſꝫ illa dieꝝ ſexaginta iter occupās vt maior alijs. ita ⁊
notior. Mōtiū altiſſimi Taunꝰ ⁊ rhetico: niſi quoꝝ noia vix ē elo
qui ore romano. Amniū i alias gētes exeūtiū Danubꝰ ⁊ rhodanꝰ
i rhenū moenis ⁊ lupia. Jn oceanū amiſiꝰ vrbis ⁊ albis clariſſimi
Sup albi codanꝰ ingēs ſinꝰ magnis puiſqꝫ iſulis refertꝰ ē Acre ma
re qđ gremio littoꝝ accipit: nuſqꝫ late patꝫ nec vſqꝫ mari ſiſe veꝝ

aquis paſſim interfluentibus:ac ſępe tranſgreſſis vagū atqꝫ diffu/
ſum facie amniū ſpargitur. qua littora attingit ripis contentū in/
ſularū nō longe diſtantibus ⁊ vbiqꝫ pene tantundē: vt anguſtuꝫ ⁊
par freto/curuanſqꝫ ſubinde ſe longo ſupcilio inflexum eſt. In eo
ſūt imbri ⁊ teutoni. vltra vltimi germanię hermones. ¶ Sarmatia
intus q̄ꝫ ad mare latior. ab iſs quę ſequunt̄ inſula amne diſcreta.
qua retro abit vſqꝫ ad iſtrū flumen immittit. gens habitu armiſqꝫ
parthicę proxima: verum ut cęli aſperioris/ita ingenij. nō ſe vrbi/
bus tenent/⁊ ne ſtatis quidem ſedibus: ut inuitauere pabula vt cę
dens ⁊ ſequēs hoſtis exigit/ita res opeſqꝫ ſecū trahens ſemper ca
ſtra habitat bellatrix. libera indomita. ⁊ vſqꝫ eo īmanis atqꝫ atrox
vt foeminę etiam cum viris bella ineant: atqꝫ ut habiles ſint: natis
ſtatim dextra aduritur māma. Inde expedita in ictus manus/ quę
exeritur virile fit pectus. arcus tendere. equitare. venari/puellaria
penſa ſunt. ferire hoſtem adultaꝝ ſtipendiū eſt: adeo vt nō percuſ
ſiſſe pro flagitio habeat̄. ſitqꝫ eis poenę v̓ginitas. ¶ Inde aſię cō/
finia. niſi vbi perpetuę hyemes ſedent ⁊ intolerabilis rigor/ſcythi/
ci populi incolunt fere omnes etiam in vnū Belgę appellati. In
aſiatico littore primi hiperborei ſuper aquilonem Rhipheoſqꝫ mō
tes ſub ipſo ſiderum cardine iacent: vbi ſol nō quottidie ut nobis
ſed primū verno ęquinoctio exortus autumnali demum occidit. ⁊
ideo ſex menſib⁹ dies: ⁊ totidē alijs nox vſqꝫ continua eſt. Terra
anguſta. aprica. per ſe fertilis cultores iuſtiſſimi: ⁊ diutius/q̄ꝫ vlli
mortalium/⁊ beatius viuunt. Quippe feſto ſemꝑ ocio lęti nō bel/
la nouere. nō iurgia. ſacris operati maxime apollinis: quorum pri/
mitias delon miſiſſe initio per virgines ſuas: deinde per populos
ſubinde tradentes vlterioribus: moremqꝫ eum diu ⁊ donec vitio
gentiū temperatus eſt/ſeruaſſe referunt̄. habitant lucos ſyluaſqꝫ. ⁊
vbi eos viuendi ſatietas magiſqꝫ tediū cepit: hylares redimiti ſer/
tis ſemetipſi in pelagus ex certa rupe pręcipiti dant. Id eis funus
eximiū ē. ¶ Mare caſpiū vt anguſto/ita longo etiam freto primū

terras quaſi fluuius irrūpit: atqꝫ vbi recto alueo influxit: in tres ſi
nus diffunditur contra os ipſū in hyrcanū. ad ſiniſtrā in ſcythicuꝫ
ad dextrā in eum quē proprie ⁊ totius nominis caſpiū appellant.
omne atrox. ſęuum. ſine portibus. procellis vndiqꝫ expoſitum/ac
beluis magis q̄ꝫ cętera refertū: ⁊ ideo minus nauigabile: ad intro/
euntiū dextrā ſcythę nomades freti littorib⁹ inſident. Intus ſūt
ad caſpium ſinū caſpij ⁊ amazones: ſed quas ſauromatidas appel/
lant. ad hyrcanum Albani. ⁊ Moſchi. ⁊ hyrcani. In ſcythico amer
di ⁊ pęſtici. etiā ad fretum debrices. Multi i eo ſinu magni par/
uiqꝫ amnes fluunt: ſed qui famā habēt ex ceraunis montibus vno
alueo deſcendit duobus exit in caſpiū araxes tauri latere demiſſus
quoad cāpos Armenię ſecat: labitur placidus ⁊ ſilens/ neqꝫ i vtrā
partē cat: q̄mq̄ꝫ intuearis/manifeſtus. cū in aſperiora deuenit hic
atqꝫ illinc rupibus preſſus: ⁊ quanto anguſtior/ tanto magis per/
nix. frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautium atqꝫ ob id ingenti cum
murmure ſonanſqꝫ deuoluit̄ adeo citus: vt qua ex pręcipiti caſur⁹
eſt: in ſubiectā nō declinet ſtatim vndā: ſed vltra q̄ꝫ canalē habet/
euehat plus iugeris ſpatio ſublimis/⁊ aquis pendentibus ſemet/
ipſum ſine alueo ferens. deinde vbi incuruus arcuatoqꝫ amne de/
ſcendit: fit tranquillus iterūqꝫ per cāpos tacitus ⁊ vix fluens. In
id littus elabitur cyrus ⁊ cambyſes ex radicibus corſici montis vi/
cini editi: ⁊ i diuerſa abeunt perqꝫ hiberas ⁊ hyrcanos diu ⁊ mul/
tum diſtantibus alueis defluunt. poſt nō longe a mari eodem lacu
accepti in hyrcanū ſinum vno ore perueniunt. Iaxartes ⁊ oxes
per deſerta ſcythię ⁊ ſurdianoꝝ regionibus in ſcythicū exeunt. ille
ſuo fonte grandis. hic incurſu alioꝝ grandior ⁊ aliquandiu ad oc/
caſum ab oriente occurrens iuxta dacas primū inflectitur/ curſuqꝫ
ad ſeptentrionē cōuerſo inter amardos ⁊ peſicaſos aperit̄. Syluę
alia quoqꝫ dira animalia veꝝ ⁊ tigres ferunt/vtiqꝫ hyrcanię ſęuum
ferarum genus/⁊ vſqꝫ eo pernix: vt illis longe quoqꝫ progreſſum
equitem conſequi: nec tantū ſemel: ſed aliquotiens etiā/curſu vnde

D

coeperit/ſubinde repetito:ſolitũ ⁊ facile ſit. Cauſa ex eo ē: q̄ vbi il/
le interceptos eaꝝ catulos citus coepit auehere: ⁊ rabiē appropin/
quantium fruſtraturus/aſtu vnũ de pluribus omittit. hę proiectũ
accipiunt: ⁊ ad cubilia ſua referunt: rurſumqꝫ ⁊ ſępius remeant at/
qꝫ idē efficiunt: donec ad frequētiora q̄ꝫ adire audeant: profugus
raptor euadat. ¶ Ultra caſpiũ ſinũ quidnā eſſet/ambiguũ aliquan
diu fuit. Idem ne oceanus an tellus infeſta frigoribus ſine ambi/
tu: ac ſine fine ꝓiecta. ſed pręter phiſicos homerumqꝫ: qui vniuer/
ſum orbē mari circũfuſum eſſe dixerunt: Cornelius nepos / ut re/
centior auctoritate: ſic certior. teſtem autē rei. Q. Metellũ celerem
adijcit: cumqꝫ ita retuliſſe cōmemorat. Cũ gallijs procōſul pręeſſet
indos quoſdā a rege boiorũ dono ſibi datos: vnde i eas terras de/
ueniſſent requirendo/cognoſſe vi tempeſtatũ ex indicis ęquoribꝰ
abreptos emenſoſqꝫ: quę intererant/tandē i germanię littora exi/
jſſe. Reſtat ergo pelagus. ſed reliqua lateris eiuſdē aſſiduo gelu
durant̄: ⁊ ideo deſerta ſunt. His oris quas angulo betice adhucuſ/
qꝫ perſtrinximus multę ignobiles inſulę ⁊ ſine nominibus etiam
adiacent: ſed earũ: quas pręterire non libeat Gades fretũ attingit
eaqꝫ a continenti anguſto ſpacio ⁊ veluti flumine abſciſſa. qua ter/
ris propior eſt pene rectā ripā agit. qua oceanũ ſpectat duobꝰ pro/
montorijs euecta in altũ mediũ littus abducit. ⁊ fert in altero cor/
nu eiuſdem nominis vrbē opulentā. in altero templũ ęgyptij. her
culis conditoribus. religione. vetuſtate. opibus illuſtre. Tyrij con/
didere. cur ſanctũ ſit/oſſa eius ibi ſita efficiũt. annoꝝ quis manet
ab iliaca tempeſtate principia ſũt. opes tempus aluit: In Luſita/
nia erythia: quā geryone habitatā accepimus: alięqꝫ ſine certis no/
minibus adeo agri fertiles: vt cũ ſemel ſata frumenta ſint: ſubinde
recidiuis ſeminibus ſegetē nouantibus ſeptem minime inter plu/
res etiā meſſes ferant. In celticis aliquot ſũt: quas quia plumbo
abundant vno omnes nomine caſſiterides appellāt. Sena in bri/
tannico mari oſiſmicis aduerſa littoribus gallici numinis oraculo

inſignis eſt: cuius antiſtites ꝑpetua virginitate ſanctę numero no
uem eſſe tradunt̄. Gallicenas vocāt: putātqꝫ ingenijs ſingularibꝰ
pręditas: maria ac ventos concitare carminibus. Seqꝫ in quę ve/
lint aīalia vertere. ſanare: quę apud alios inſanabilia ſunt. ſcire vē/
tura ⁊ predicare. ſed nō niſi dedita nauigantibus / ⁊ in id tantum:
vt ſe conſulerent/profectis.

¶ Britannia qualis ſit: qualeſqꝫ progeneret: mox certiora ⁊ magis
explorata dicent̄. Quippe tam diu clauſā aperit ecce principũ maxi
mus nec indomitaꝝ modo ante ſe/veꝝ ignotaꝝ quoqꝫ gentiũ vi/
ctor/propriaꝝ rerũ fidē ut bello affectauit ita triumpho declaratu/
rus portat: Ceteꝝ/ vt adhuc habuimus: inter ſeptētrionē occiden/
temqꝫ ꝓiecta grādi angulo rheni oſtia ꝓſpicit. deinde obliqua re/
tro latera abſtrahit. altero galliā. altero germaniā ſpectās tũ ruſꝰ
ꝑpetuo margine directi littoris ab tergore abducta/iteꝝ ſe in diuer
ſos angulos cuneat triquetra ⁊ Sicilię maxime ſimilis. plana: in/
gens. fęcunda/veꝝ ijs quę pecora q̄ꝫ homines benignius alant. Fert
nemora ſaltus ac pręgrandia flumina alternis motibus modo i pe
lagus modo retro fluentia: ⁊ quędā gēmas margarytaſqꝫ generan/
tia. Fert populos regeſqꝫ populorum. ſed ſunt inculti omnes atqꝫ
vt longius a cōtinenti abſunt: ita aliaꝝ opũ ignari magis tantum
pecore ac finibus dites. incertũ ob decorē/an quid aliud vitro cor/
pora infecti. Cauſas aũt ⁊ bella cōtrahunt: ac ſi frequenter inuicem
infeſtant/ maxime imperitandi cupidine ſtudioqꝫ ea prolatandi:
quę poſſident. Dimicāt nō equitatu modo aut pedite: veruꝫ ⁊ bi/
gis ⁊ curribus gallice armati. Couinos vocāt: quoꝝ falcatis axibus
vtunt̄. Sup britanniā Iuuerna eſt: pene par ſpacio: Sed vtrinqꝫ
ęqualis. tractu littoꝝ oblonga. cęli ad maturāda ſemina iniqui. ve
rum adeo luxurioſa herbis nō lętis modo: ſed etiā dulcibus: vt ſe
exigua parte dici pecora iplcant: ⁊ niſi pabulo ꝓhibeant̄ /diutius
paſta diſſiliant. Cultores eius incōditi ſũt ⁊ omniũ virtutũ ignari
q̄ꝫ alię gētes /aliquatenus tamē gnari. pietatis admodũ expertes

Triginta ſunt orchades anguſtis inter ſe ductę ſpacijs. Septē he/
modes cōtra germaniā vectę in illo ſinu: quem codanum diximus
Ex ijs Codanonia quā adhuc Teutoni tenēt: vt in fęcunditate ali/
as: ita magnitudine ante ſtat. Quę Sarmatis adūſa ſūt ob alter/
nos acceſſus recurſuſqꝫ pelagi ⁊ quot ſpacia quis diſtant: mō ope/
riunt̄ vndis: modo nuda ſunt. alias inſulę vident̄: alias vna ⁊ con/
tinens terra. In his eſſe cenęas: qui ouis auium paluſtriū: ⁊ aue/
nis tantū alant̄. eſſe equinis pedibus hippopodas: ⁊ Satmalos
quibus magnę aures ⁊ ad ambiendū corpus omne patulę: nudis
alioquin prouecti ſunt preterq̄ꝫ qd̓ fabulis traditur auctores etiam
quos ſequi nō pigeat / inuenio. Tile belgaꝝ littori appoſita ē gra/
ijs ⁊ noſtris celebrata carminibus. In ea ꝙ ſol longe occaſurus ex/
urgit breues vtiqꝫ noctes ſunt: ſed per hyemē ſicut alibi obſcurę.
ęſtate lucidę: ꝙ per id tempus iam ſe altius euehens: q̄mq̄ꝫ ipſe
non cernatur: vicino tamen ſplendore proxime illuſtrat. per ſolſti/
cium vo nullę: ꝙ tū iā manifeſtior nō fulgore modo: ſed ſui quo/
qꝫ partē maximā oſtentat: Talge in caſpio mari ſine cultu fertilis
omni fruge ac fructibus abundās. Sed vicini populi quę gignunt̄
attingere nefas / ⁊ pro ſacrilegio habent / dijs parata exiſtimantes /
dijſqꝫ ſeruanda. Aliquot ⁊ illis oris: quas deſertas diximus: ęque
deſertę adiacēt: quas ſine proprijs nominibus ſcythicas vocant.
Ab ijs in eoꝝ recurſus inflectitur inqꝫ orā terrę ſpectantis orientē
pertinet. hęc a ſcythico promontorio appoſita primū omnis quę
eſt inuia / deinde ob imanitatē habitantiū inculta. Scythę ſunt an
drophage ⁊ Sagę diſtincti regione: quia feris ſcatet: inhabitabil.
vaſta deinde iteꝝ loca beluę infeſtant: vſqꝫ ad montē mari immi/
nentē nomine thabin. Longe ab eo Taurus attollit̄. Seres inter/
ſunt genus plenum iuſticię ⁊ commertio: ꝙ rebus in ſolitudine re
lictis abſens peragit.

¶ Notiſſima India nō eoo tantū appoſita pelago: ſed ⁊ ei quod
ad meridiē ſpectās indicū diximus: ⁊ hinc tauri iugis. ab occidente
inde finita: tantū ſpaciū littoris occupat quantū per ſexaginta di/
es nocteſqꝫ velificantibus curſus ē. Ita multū a noſtris abducta re
gionibus: vt in aliqua parte eius neuter ſeptētrio appareat: aliter/
qꝫ q̄ꝫ in alijs oris vmbrę rerū ad meridiē iacent: Cęterū fertilis: ⁊
vario genere hominū aliorūqꝫ animaliū ſcatet. Alit formicas non
minus maximas canibus: quas more gryphoꝝ aurū penitus ege/
ſtū cū ſūma pernicie attingentiū cuſtodire cōmemorant. Imma/
nes ⁊ ſerpentes aliqui vt elephantes morſu atqꝫ ambitu corporis
afficiant. Tam pinguis alicubi ⁊ tam feracis ſoli: vt in ea mella fron
dibꝰ defluant. Lanas ſyluę ferant. Arundinū fiſſa internodia veluti
nauitas binos ⁊ quędā ternos etiā vehāt. Cultoꝝ habitus mo/
reſqꝫ diſſimiles. Lino alij veſtiunt̄ aut lanis: quas diximus. alij fe/
rarum auiūqꝫ pellibus. pars nudi agunt. pars tantū obſcena vela/
ti. alij humiles paruiqꝫ. alij ita procери ⁊ corpore ingentes: ut ele/
p antis etiam ⁊ ibi maximis: ſicut nos equis: facile atqꝫ habiliter
vtantur. Quidam nullū animal occidere. nulla carne veſci optimū
exiſtimant. Quoſdā tantū piſces alunt. quidam proximi parentes
priuſq̄ꝫ annis aut ęgritudine i maciem eant: velut hoſtias cędunt:
cęſorūqꝫ viſceribꝰ epulari fas ⁊ maxime pium eſt. At vbi ſenectus
aut morbus inceſſit: procul a cęteris abeunt: mortēqꝫ in ſolitudi/
ne nihil anxij expectant. prudētiores / eis quibus ars ſtudiū ſapien
tię contingit: non expectant eam: ſed ingerendo ſemet ignibꝰ lęti
⁊ cum gloria arceſſunt. Urbiū quas incolunt: ſunt autē plurimę:
Nyſa eſt clariſſima ⁊ maxima. montiū Meros Ioui ſacer. famam
hinc pręcipuā habent. in illa gentiū. In huius ſpecu liberū arbi/
trant̄ eſſe nutritū. vnde grecis auctoribus: vt femori Iouis inſutū
dicerent: aut materia ingeſſit: aut error. Oras tenēt ab indo ad gan
gem Palibotri. a gange ad ſolida Niſij vbi magis q̄ꝫ vbi habitet̄/
exęſtuat. atrę gentes. ⁊ quodāmodo ęthiopes. Ab iolide ad cuduꝫ
recta ſunt littora: timidiqꝫ populi ⁊ marinis opibꝰ aphatim dites.
Tamos ꝓmōtoriū ē: qd̓ Taurꝰ attollit collis alteriꝰ partis angulus

initiumqꝫ lateris ad meridiem verſi. Ganges ⁊ Indus amnes. il/ le multis fontibꝰ in hemo medię mõte cõceptus: ſimul vnũ alueũ facit: fit omniũ maximꝰ ⁊ alicubi latius. quando anguſtiſſime fluit decẽ milia paſſuũ patens. in ſeptẽ ora diſpergit̃. Indus ex monte caroparnaſſo exortus: ⁊ alia quidẽ flumina admittit: Sed clariſſi/ ma copem. agaſinũ. hydaſpen: conceptãqꝫ pluribus alueis vndam lato ſpacio trahit. hinc pene gangẽ magnitudie exęquat. Poſt vbi aliquot ſępe magnis flexibus cingit iugũ ingens: iterũ rectus ſoli duſqꝫ deſcendit: donec ad lęuã dextramqꝫ ſe diducẽs duobꝰ oſtijs longe diſtantibus exeat. Ad Tamum inſula eſt chryſe. ad gangem argyre. altera aurei ſoli (ita veteres tradidere) altera argentei. atqꝫ ita: vt maxime videt̃: aut ex re nomẽ. aut ex vocabulo fabula ẽ. Ta probane aut grandis admodũ inſula: aut prima pars orbis alteriꝰ: hyparchus: dicit̃: ſed quia habitat̃ nec quiſqꝫ circũ eã eſſe traditur: prope veꝝ eſt. Contra inde illa oſtia ſũt: quę vocant ſolis adeo in/ habitabilia: vt ingreſſos vis circũfuſi aeris exanimet cõfeſti: ⁊ in/ ter ipſa oſtia rara tenet regio ob ęſtus itolerabiles alicubi cultoribꝰ egens. Inde ad principia rubri maris pertinet ipſa inuia: atqꝫ de/ ſerta. humus cineri magis fit q̃ꝫ pulueri ſimilis. Ideoqꝫ p̱ eã rara ⁊ non grandia flumina emanant: quoꝝ Luberonẽ ⁊ Aruſacẽ no/ tiſſima accepimus. Rubrum mare gręci ſiue quia eius coloris ẽ. ſi/ ue qr ibi Erythras regnauit: Erythram thalaſſam appellant procel/ loſum: aſperum: mare profundũ ⁊ magnoꝝ animaliũ magis q̃ꝫ cę tera capax / primo recedentis oras ęqualiter impellit. Et vt nõ in/ tret interius aliquantũ patens ſinus erat: Sed quas ripas inflexe/ rat / bis irrumpit: duoſqꝫ iterũ ſinus aperit perſicus vocat̃ / dictis regionibus propior: arabicus vlterior. Perſicus qua mare accipit vtrinqꝫ rectis lateribus grãde oſtiũ quaſi ceruice cõplectit̃. Dein/ de terris in omnẽ partẽ vaſte ⁊ ęqua portione cędentibꝰ magno lit toꝝ orbe pelagus incingens reddit formã capitis humani. Arabici

⁊ os arctius ⁊ latitudo minor eſt. maior aliquanto receſſus ⁊ mul to magis longa latera init penitus: Introrſuſqꝫ dũ ęgyptum pene ⁊ montẽ arabię Caſium attingit: quodã faſtigio minus / ac minus latus: Et quo magis penetrat anguſtior. Ab ijs quę diximꝰ: ad ſi/ num perſicũ: niſi vbi chelonophagi morant̃: deſerta ſunt. In ipſo Carmanij nauigantiũ dextera poſiti ſine veſte ac fruge. ſine pecore ac ſedibus. piſciũ cute ſe velãt. carne veſcunt̃. pręter capita toto cor pore hirſuti. Interiora Cedroſi. dehinc Perſę habitãt. Setis p̱ car manios. ſupra ſandis ⁊ coros effluunt. In parte quę pelagi oſtio aduerſa eſt / babilonioꝝ ſ..ıes chaldęoꝝqꝫ ſũt. ⁊ duo clari amnes. Tigris perſidi propior. vlterior Euphrates. Tigris vt natus ẽ ita deſcẽdẽs vſqꝫ ad littora permeat. Euphrates imani ore apto non exit tantũ vnde orit̃: ſed ⁊ vaſte quoqꝫ decidit: nec ſecat continuo agros late diffuſus in ſtagna diu ſedentibus aquis piger ⁊ ſine al/ neo patulis. poſt vbi marginẽ rupit: vere fluuius: acceptiſqꝫ ripis celer ⁊ fremẽs p̱ armenios ⁊ cappadocas occidentẽ petit: ni taurus obſtet in noſtra maria venturus. Inde ad meridiẽ auertit̃: ⁊ p̃mũ ſyros: tum arabas ingreſſus / nõ perdurat in pelagus: verum igens modo ⁊ nauigabilis. inde tenuis riuus deſpectus emorit̃: ⁊ nuſqꝫ manifeſto exitu effluit: vt alij amnes: ſed deficit. alterũ latus ambit plaga: quę inter vtrũqꝫ pelagꝰ excurrit arabia dicit̃: cognomẽ eudę mon / anguſta veꝝ cinnami ⁊ thuris alioꝝũqꝫ odoꝝ maxime ferax. Maiorẽ ſabęi tenẽt partẽ oſtio ꝓximã ⁊ carmanijs ꝯtriam magnę frontẽ: quę inter oſtia oſtẽdit̃ ſylnę cauteſqꝫ exaſperãt. aliquot ſũt in medio inſulę ſitę. Ogyris ꝙ in ea Erythrę regis monumẽtũ eſt magis clara: q̃ꝫ cętere. alteꝝ ſignum vndiqꝫ arabes incingũt ab ea parte: quę introeuntibꝰ dextra eſt. Vrbes ſũt Cara ⁊ arabia ⁊ gada mus. In altera ab intimo angulo p̃ma beronice int̃ hieropoliticũ: ⁊ ſcrobilũ. Deinde inter promõtoria moronenon: ⁊ collaca philo/ petris: ⁊ phiomalis vltra arſinoe / ⁊ alia beronice. Tum ſylua quę

hebenũ odoreſqꝫ generat: ⁊ manufactus amnis. ideoqꝫ referendus
ꝙ ex nili alueo diorige adductus extra ſinũ verũ inflexu tamẽ ⁊ nõ
rubri maris pars beſtiis infeſta: ideoqꝫ deſerta ẽ. Partem panchęi
habitãt hi quos ex facto: quia ſerpentibus veſcunt̃: ophiophagos
vocãt. Fuere interius Pygmęi minutũ genus: ⁊ ꝙ pro ſatis fru/
gibus contra grues dimicando defecit: ſunt multa volucrum. mul
ta ſerpentũ genera. De ſerpentib⁹ memorãdi maxime: quos par
uos admodũ ⁊ veneni pręſentis certo anni tempore ex limo con/
cretarum paludiũ emergere in magno examine volantes ęgyptũ ten/
dere: atqꝫ in ipſo introitu finiũ ab auib⁹: quas ibidas appellãt: ad/
uerſo agmine excipi pugnaſqꝫ confici traditum ẽ. De volucribus
pręcipue referenda phoenix ſemp̱ vnica. nõ enĩ coitu concipit̃ par/
tuve generat̃: ſed vbi quingentorum annorum ęuo perpetua durauit
ſup̱ exaggeratã variis odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat: ſoluitur/
qꝫ: deinde putreſcentiũ membrorum tabe concreſcẽs ipſa ſe concipit
atqꝫ ex ſe rurſus renaſcit̃. cũ adoleuit oſſa priſtini corporis incluſa
myrrha ęgyptũ exportat: atqꝫ in vrbẽ: quã ſolis appellãt: fragranti
bus nardo buſtis inferens memorando funere conſecrat. Ipſum
promontoriũ: quo id mare claudit̃ a ceraunis ſaltibus: inuium eſt
Aethiopes vltra ſedent. Meroeni habẽt terrã quã Nilus p̃mo am
bitu amplexus inſulã facit. pars quia vitę ſpaciũ dimidio fere: q̃ꝫ
nos longius agunt / macrobii: pars quia ex egypto aduenere dicti
Automolę. pulchri forma ⁊ qui corporis parũqꝫ veneratiores ve/
luti optimarũ alii virtutũ. In illis mos ẽ cui potiſſimũ pareãt ſpe
cie ac viribus legere. Apud hos plus auri: q̃ꝫ perſis ẽ. ideo qḋ mi/
nus eſt: precioſius cenſent. ęre exornant̃. auro vincula fontium fa/
bricãt. Eſt loc⁹ apparatis epulis ſemp̱ refertus. ⁊ q꞉ : vt libet veſci
volentibus licet: heliu trapezam appellãt. ⁊ quę paſſim appoſita
ſunt: affirmant innaſci ſubinde diuinitus. Eſt lac⁹ quo perfuſa cor
pora quaſi vncta permitent: bibitur idẽ. adeo ẽ liquidus ⁊ ad ſuſti/
nẽda quę incidãt aut imittunt̃: infirm⁹: aut folia etiã ꝓximis de/

ciſa frondibus: non innatantia ferat: ſed paſſim ⁊ penitus accipi/
at. Sũt ⁊ ſęuiſſimę ferę omni colore varii lycaones: ⁊ quales acce
pimus ſpingas. Sũt mirę aues cornutę. Tragapomenes equinis
auribus ⁊ Pegaſi. Cęterũ oras ad Eurum ſequentibus nihil me/
morabile occurrit. vaſta omnia vaſtis pręciſa montib⁹. ripę potius
ſunt: q̃ꝫ littora. Inde ingens ⁊ ſine cultorib⁹ dubiũ aliquandiu fu
it / eſſet ne vltra pelagus. caperet ne terra circuitũ: an exhauſta fru/
ctu ſine fine africa ſe extenderet. verũ ⁊ ſi hanno carthaginẽſis ex/
ploratũ miſſus a ſuis: cũ per oceani oſtia exiſſet: magnã partẽ eius
circũuectus: nõ ſe mari ſed commeatu defeciſſe memoratu rettule/
rat. Et Eudoxus quidã auorum noſtrorum temporibus cũ Lathanũ
regẽ Alexandrię profugeret: arabico ſinu egreſſus per hoc pelag⁹
vt nepos affirmat: gades vſqꝫ peruectus ẽ. Ideo eius orę nota ſũt
aliqua. Sunt aũt trãs ea quę modo deſerta diximus muti populi
⁊ quibus ꝓ eloquio nutus ẽ. alii ſine ſono linguę. alii ſine linguis
alii labris etiã cohęrentibus: niſi ꝙ ſub naribus etiã fiſtula eſt: per
quã bibere auent. Sed cum inceſſit libido veſcendi / grana ſingula
frugũ paſſim naſcentiũ abſorbere dicunt̃. Sunt quibus ante aduen
tum. Eudoxi adeo ignotus ignis fuit adeoqꝫ viſus mirũ in moduꝫ
placuit: vt amplecti etiã flammas ⁊ ardẽtia ſinu abdere: donec no/
ceret: maxime libuerit. Sup̱ eos grandis littoris flexus grandem
inſulã includit: ĩ qua tantũ foeminas eſſe narrant toto corpore hir
ſutas ⁊ ſine coitu mariũ ſua ſponte fęcundas adeo aſperis efferiſ/
qꝫ moribus: vt quędã cõtineri ne reluctentur vix vinculis poſſint.
hoc hanno retulit. ⁊ q꞉ detracta occiſis coria pertulerat: fides habi
ta eſt. Vltra hũc ſinũ mons altus (vt gręci vocant) theon perpe
tuis ignibus flagrat. vltra montẽ viret collis longo tractu longis
littoribus obductus: vnde viſunt̃ patentes magis cãpi: q̃ꝫ vt pro/
ſpici poſſint. Panum Satyrorũqꝫ hinc opinio cauſę fidem cepit:
ꝙ cum in his nihil culti ſit. nullę habitantium ſedes. nulla veſti/
gia ſolitudo in diem vaſta. ⁊ ſilentium vaſtius / nocte crebri ignes

micant: ⁊ veluti caſtra late iacentia oſtendunt. crepant cymbala et
tympana: audiunturqꝫ tibię ſonantes maius humanis. Tunc rur/
ſus ęthiopes: nec iam dites: quos diximus: nec ita corporibus ſi/
miles: ſed minores incultiqꝫ ſunt: ⁊ nomine heſperio. In horũ fi/
nibus fons eſt: quem nili eſſe aliqua credibile eſt. nuchul ab inco/
lis dicitur. ⁊ videri poteſt non alio nomine appellari: ſed a barba/
ro ore corruptius: alter purũ. ⁊ minora quidẽ: eiuſdẽ tamen gene/
ris animalia alijs omnibus in occeanum vergentibus ſolus in me/
diam regionẽ ad orientẽ abit: ⁊ quo nam exeat incertum eſt. Inde
colligitur nilũ hoc fonte conceptũ: actũqꝫ aliquandiu per inuia et
ideo ignotũ. iterꝝ ſe vbi ad ea poſſit/oſtendere. Cęterũ ſpacio quo
abſconditur effici: vt hic alio cedere: ille aliunde videat̃ exurgere:
Catoblepas non grãdis fera/verũ grande ⁊ pergrande caput ęgre
ſuſtinens: atqꝫ ob id in terrã plurimũ ore conuerſa/apud hos gi
gnit̃: ob vim ſingularẽ magis etiã referenda: ꝙ cum impetu mor/
ſuqꝫ nihil vnq̃ꝫ ſęuiat: oculos eius vidiſſe mortiferꝝ. Contra eoſdẽ
ſunt inſulę dorcades domus: vt aiunt: aliquando Gorgonũ. Ipſe
terrę promontorio: cui heſperuceras nomen eſt/finiuntur. Inde
incipit frons illa quę in occidentẽ vergens mari atlantico abluitur.
Prima eius ęthiopes tenent media nulli. nam aut exuſta ſunt. aut
harenis obducta. aut infeſta ſerpentibus. Exuſtis inſulę appoſitę
ſunt: quas heſperidas tenuiſſe memorat̃: In harenis mons eſt ſa/
tis de ſe cõſurgens: verũ inciſis vndiqꝫ rupibus pręceps inuius ⁊
quo magis ſurgit/exilior: qui ꝙ altius q̃ꝫ conſpici põt vſqꝫ in nu
bila erigitur: cęlum ⁊ ſydera nõ tangere modo vertice ſed ſuſtinere
quoqꝫ dictus eſt. Contra fortunatę inſulę abundãt ſua ſponte ge/
nitis ⁊ ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus nihil ſolicitos alunt
beatius q̃ꝫ alię vrbes excultę. vna ſingulari duorũ fontiũ ingenio
maxime inſignis: alterum qui guſtauere riſu ſoluuntur in mortem
ita affectis remediũ ẽ ex altero bibere. Ab eo tractu quẽ ferę in/
feſtant proximi ſunt Synaptodes inflexi lentis crurib̃ꝰ quos ſer/

pere magis q̃ꝫ ingredi referunt. Deinde Pharuſi aliquando tẽn/
dente ad heſperidas hercule dites: nũc inculti: ⁊ niſi ꝙ pecore alun
tur/ admodũ inopes. Hinc iam lętiores agri amoeniqꝫ ſaltus: te/
rorę. hebeni eborę abundant. Nigritarũ getulorũqꝫ paſſim vagan/
tium ne littora quidem infęcunda ſunt purpura. ⁊ murice efficaciſ
ſimis ad tingendũ: ⁊ vbiqꝫ quę tinxere clariſſima. Reliqua eſt ora
Mauritanię exterior ⁊ in finẽ ſui faſtigiantis ſe africę nouiſſimus
angulus iiſdem opibus: ſed minus diues. Cęterũ ſolo etiã ditior
⁊ adeo fertilis ẽ: vt frugũ genera nõ cũ ferant̃ modo benigniſſime
procreet: ſed quędã profundat etiã nota. Hic Antęus regnaſſe dici
tur: ⁊ ſignũ quod fabulę clarum prorſus oſtendit̃ collis modicus
reſupini hominis imagine iacentis illiꝰ (vt incolę ferũt) tumulus
vnde vbi aliqua pars eruta eſt: ſolent imbres ſpargi: ⁊ donec effoſ
ſa repleantur: eueniunt. Hominũ pars ſyluas frequentant minus
q̃ꝫ quos modo diximus vagi Pars in vrbibus habitant: quarꝝ vt
inter paruas opulentiſſimę habentur procul a mari gildano. dul/
hritania. propius autẽ Sala ⁊ Lixio flumini luno proxima. Ultra
eſt colonia: ⁊ fluuius gna. ⁊ vnde initiũ fecimus ampeluſia in no/
ſtrum iam fretum vergens promontorium operis huius atqꝫ at/
lantici littoris terminus. Pomponij Mellę de orbis ſitu. Fi/
nis pfauſtus.

Priſciani ceſarienſis Interpretatio
ex Dionyſio de orbis Situ.

Naturę genitor:quę mundum conti/
net omnem /dę
Annue rex celi poſitū telluris ⁊ vn/
In quas imperium : mortalib⁹ ipſe
dediſti
Materię tantę me promere carmi/
ne digno
Incipiēs terrę tractus pontiq; me/
atus
Et fluuios canere atq; vrbes popu/
loſq; per orbem
Diſcretos:late reſluam memorare parabo
Oceanum:tellus quo cingitur ęquore tota
Inſula ceu ſeſe diffundens littore vaſto
Non tamen aſſiduo.teres vndiq; margine circum
Clauditur hęc bifido:ſed brachia littore pandens
Arctatur rapidos curſus ad ſolis vtrinq;
Aſſimilis fundę ſed quāuis corpore toto
Una ſit hęc homines tris dicunt eſſe diremptas.
Et primam lybien.poſt europen:aſiamq;
Sed lybiam europę diſcernit finibus amplis
Linea:quā obliquant gades atq; oſtia nili.
Qua borcę excurrit memphitis terra ſub axes
Atq; locum nouit ſpartano famo canopo
Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo
Europen aſię tanais diſiungit ab oris
Sauromatas linquens:ſcythiam qui gurgite vaſto
Pręſtringit.precepſq; ruit meotida poſcens

At medius finis iam iam decliuis ad auſtrum eſt
Quas helleſponti fauces dixere priores
Sed magis auſtralis ſunt terminus oſtia nili
Per mare ſic fluuioſq; patens diſcernitur orbis.
Aſt alij terris malunt diſcernere terras
Finibus eſt aſię latus arctum lingua ſupernis
Caſpia quam mediam faciunt:atq; ęquore pōti
Euxini locus hic diſcrimen dicitur eſſe
Europę atq; aſię diſiungens ruribus arua.
Aſt alius finis longiſſimus exit in auſtros
Qui ſecat ęgypti terras ęquorq; ſabęum.
Separat hic lybien aſię confinia rumpens.
Talia mortales perhibent diſcrimina terrę.
Circuit oceani gurges tamen vndiq; vaſtus.
Qui quāuis vnus ſit plurima nomina ſumit
Finibus heſperijs atlanticus ille vocatur.
At borcę qua gens ferens arimaſpa ſub armis
Dicitur ille piger necnon ſaturnius idem
Mortuus eſt alijs:minimo quod lumine ſolis
Perfruitur:tarde radios nam ſuſcipit ortus
Nubibus ⁊ craſſis premitur:nimbiſq; grauatur.
Unde tamen primo conſcendit lumine titan
Eoumq; vocant:atq; indum nomine pontum
Sed qua deuexus calidum poſus excipit auſtrum
Aethiopumq; ſimul pelagus rubrumq; vocatur
Qua deſerta patet tellus ardore peruſta.
Circuit oceanus ſic totum maximus orbem
Nominibus varijs celebratus:⁊ ęquore tanto
Hinc atq; inde ſinus penetrabilis efficit ille
Exiguos multos dirimens mare quattuor amplos
Perſecat heſperiam primus qui porrigitur vndis:

Pamphylumqꝫ latus libyę pretendit ab oris
Sic minor eſt reliquis. maior quem caſpia tellus.
Huſcipit intrantem vaſtis aquilonis ab vndis
Nomine ſaturni quod tethys poſſidet ęquor
Caſpius iſte ſinus ſimul hyrcanuſqꝫ vocatur.
At duo qui veniunt auſtralis ab ęquore ponti:
Hic ſupra currens mare perſicus efficit altum;
Eregione ſitus: qua caſpia voluitur vnda.
Fluctuat aſt alter panchea quia littora pulſat
Euxini contra pelagus protentus in auſtros
Hoſce ſinus perhibens: quos tethyos efficit vnda
Maiores nam ſunt alij multiqꝫ minores.
NUnc maris heſperij luſtrabo carmine rectus
Flexibus in varijs quo frangitur ęquore pontus
Aſtringens pelago terras circūfluus illis
Montibus ⁊ radens: ſuper poſtas vrbibus oras.
Adſis o numen ſtudiorum preſul ⁊ artis
Ordine principium capiens atlantis ab vnda
Herculeo celebrant quam mete munere gades.
Celiferaſqꝫ tenet ſtans atlas monte columnas
Eſt primus vaſtis qui pontus hibericus vndis
Diuidit europen libya cōmunis vtriqꝫ
Hinc atqꝫ hinc ſtatuę ſunt: ambę littora cernunt
Hęc libyes hęc europes aduerſa tuendo.
Gallicus hunc gurges: qui celtica littora pulſat
Excipit: hunc ſequitur ligurum cognomine dictus
Qua domini rerum terris creuere latinis.
Ad petram leucen aquilonis ab axe reductus
Quę freta ſicanię concludit littore curuo
Inſula ſed cyrnos proprijs pulſatur ab vndis:
Intra ſardonium pelagus celtumqꝫ refuſis.

Inde ſalis tumidus tyrrheni voluitur eſtus
Ad partes vergens auſtrales excipit iſtum
Sicanię gurges ſolis deflexus ad ortus:
Qui procul effuſus pachynis tenditur oris
Ad creten ſummam: quę prominet ęquore rupem:
Qua gortyna potens medijs qua phęſtos in aruis
Arietis hanc rupem ſimulantem vertice frontem
Pro merito graij criu dixere metopon:
Hoc mare gargani concludit iapygis ora:
Illinc incipiens extenditur adria vaſtus:
Ad boream penetrans pelago ſolemqꝫ cadentem
Ionius pariter ſinus hic perhibetur ab orbe.
Diuidit ⁊ geminas diuerſis partibus oras:
Quas tamen extremas cōiungit terminus vnus
Ad dextram partē protenditur illyris alma:
Poſt hanc dalmatię populorum martia tellus
Ad leuam auſonię porrectus continet iſthmos
Quem tria circūdant maria vndiqꝫ littore curuo
Tyrrhenum ſiculum necnon ſimul adria vaſtus
Finibus at proprijs exceptant ſingula ventos
Tyrrhenum zephyro: ſiculum ſed tunditur auſtro:
Adria ſuccurrens eoo frangitur euro.
At poſt ſicaniam tractu diffunditur alto
Ad ſyrtim pelagus libycis quę cingitur oris:
Maiorem poſtquam minor excipit: ęquora longe
Atqꝫ ſiuu gemino reſonantia littora pulſant
Finibus a ſiculis cretęum tenditur equor:
Ad ſolis veniens ortus ſalmonida poſcens
Dicitur eous qui cretę terminus eſſe:
Poſt hanc eſt geminū mare vaſtum fluctibus atris
Fluctibus hiſmaricꝫ borep quod tunditur atris.

Quod ruit aduerſus celſę de partibus arcti
Quod prius eſt phariū perbibent: hoc littora tāgit
Pręcipitis caſu montis: poſt vnda ſecunda
Sidonium ē pelagus: penetrat qua gurgite pontus
Iſicus arctoas ad partes ęquore vergens.
Non longe rectus: cilicum nam frangitur oris.
hinc zephyros poſcens veluti draco flectitur vndis
Quod iuga montiuagus vaſtat: ſiluaſqꝫ fatigat:
Partibus extremis pamphilia clauditur iſto:
Atqꝫ chelidonię rupes cinguntur eodem
At procul hunc zephyrus finit patareide ſumma.
Poſt hęc arctoas ad partes aſpice rurſus
Aegeum ſuperat qui fluctibus ęquora cuncta:
Diſperſas vaſto qui gurgite cycladas ambit
Terminat hunc imbros pariter tenedoſqꝫ coercens:
Anguſta trahitur quę fauce propontidis vnda
Aſia: quam ſupra populis diſtenditur amplis
Ad notiam partem: qua latus ducitur iſthmos:
Threicius ſequitur poſt boſphorus oſtia ponti:
hoc nullum perhibent terras anguſtius orbis
Eſſe fretum dirimens. hic ſunt ſymplegades arctę:
Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Quod petit obliquo boream ſolemqꝫ meatu
hinc atqꝫ hinc medio percurrunt ęquore colles:
Unus qui veniens aſię de parte carambis
Dicitur auſtrali: ſed contra finibus alter
Prominet europę hunc criu dixere metopon:
Ergo conueniunt aduerſi gurgite tanto
Diſtantes quantum ternis tranſire diebus
Eualeat nauis: bimarem ſic ęquore pontum
Aſpicias ſimilem cornu quod flectitur arcus

Neruo curuati diſtento dextera neruum
Aſſimilat: recto trahitur nam linea ductu
Extra quam boream quo ſcandit ſola carambis
Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Littus: quod pontum cingit ſub parte ſiniſtra
In quam meotis penetrans aquilonis ad axes
Quam ſcythię gentes circundant vndiqꝫ ripis
Et matrem ponti perhibent meotidis vndam.
Scilicet hic ponti vis exit gurgite multo
Cimmerium torrens per boſphoron hic vbi taurum
Cimmerij gelidis habitant ſub finibus vnum
hęc maris eſt ſpecies ſplendens hęc forma ꝓfundi.

NUnc tibi telluris regiones carmine pandam:
Ut cernas animo non viſas lumine terras
Atqꝫ docens alios lauderis pectore docto.
Incipiens libyę tenuſqꝫ a tethyos vndis
Oceanus tyrias qui pulſat gurgite gadis
Tenditur ad notias partes ⁊ ſolis ad ortus:
Et meſſis formam reddit menſoribus arcis
Quam tradunt terrę non ęqua margine cinctam.
Terminat hęc fines rubri prope littora ponti
Latos ęthiopum populos: quos poſſidet alter
Quem calidis iuxta terris paſcuntur erembi
hos pelli ſimiles pardi dixere priores
Nanqꝫ ſolum ſquallens vrbes diſtinguit opacas
hac ſitis hac humor latos variatur in agros
Sed ſūmam libyen habitant ad tethyos vndas
Alcidę qua ſunt ſtatuę mauruſia plebes.
Poſt hos immenſę nomandum de ſemine gentes
Atqꝫ maſęſylij necnon maſylia proles:

Saltibus hos duris aſper ſiluiſqꝫ vagantes
Victis alit ſęua quęſitus cęde ferarum.
Scilicet ignaros terras proſcindere aratris
Agricolaſqꝫ boues plauſtris domitare ſonoris:
Nanqꝫ errãt nemorum per dumos more ferarũ:
Quos prope tenduntur fines carthaginis altę
Perpetuas tyrijs celebrat quę condita laudes
Qua regnans foelix dido per ſęcula viuit:
Atqꝫ pudicitiam non perdit carmine ficto
Hanc minor inſequitur ſyrtis maiorqꝫ ſecunda
Qua tumor imenſus tyrrheni pellitur ęſtus:
Acceſſuqꝫ furit ſicciſqꝫ receptus arenis
Aſt inter ſyrtis vrbs eſt quam nomine dicunt
Eſſe neapolin: hanc ſupra iuſtiſſima fertur
Hoſpicijs gaudens gens degere lotophagorum
Hos licet ad fines deſertas cernere terras
Extinctis populus naſamonum marte latino:
Aſbyſtę poſt hos terrarum rura tenentes
In medio ſummis libycis ⁊ gentibus hãmon:
Necnõ cyrene clarorum mater equorum
Vrbis amycleę propter quã condidit olim.
Marmaridę: poſt hos egyptia flumina vertunt
Getuliqꝫ ſuperſunt viciniqꝫ nigrentes:
Continuo poſt hos ſequitur phauruſia tellus:
hanc habitant iuxta garamantes debilte clar
Quę ſuperat cunctas vrbs miro munere fontis:
Frigore qui noctis feruet calefactus ⁊ vmbris
At ſolis friget radijs glacialis ⁊ igni
Omnibus extrema populis clanduntur in ora
Aethiopes: libyes vbi ſinit littore cerne
Oceanum nimio quę pulſat ſole calentẽ.

Nec longe feruent blemiorum collibus agri
Hinc fluuij pinguis deſcendunt flumina nili
Partibus a libycis: qui currens ſolis ad ortus
Siris ab ęthiopum populis cognomine fertur:
Verſum cultores nilum dixere ſyenes:
Hinc currens nilus ad partes flumine pingui
Fertilis ęgypti terras foecundat opimas:
Septeno ferit pellęum gurgite pontum:
Non alius tantum fluuiorum ditat arenas:
Atqꝫ trahens limũ complectitur vbere campos:
Hic latis libyen aſię diſterminat oris:
Hęc ortus cernit: videt auſtros illa calentes.
Hunc habitant iuxta ſapientũ corda virorum
Diſpoſuere vias qui vitę mente potenti:
Et primi dederant ſulcos ⁊ ſemina terris:
Obliquos ſolis tractantes pectora curſus:
Horum telluris fines nunc carmine dicam
Et formã celebrat quam gloria magna per orbem:
Hęc igitur latis diffuſa pateſcit in aruis
Fertilis ⁊ ſuperans alias pinguedine glebę:
Marginibus laterum formatur at vndiqꝫ terhis
Lata quidem boreę ſub littore tenditur oris:
Aſt ortus anguſta petit: ſummãqꝫ ſyenem:
Quam celſi media montes vtrinqꝫ coercent:
Irrigui per quã deſcendunt flumina nili
Hanc habitant homines multi pariterqꝫ opulenti
Qui veteris daręqꝫ colunt ſub moenia thebes
Quam perhibent centũ portas habuiſſe priores
Filius aurorę memnon qua regna tenebat.
Hic ſunt ⁊ ſeptem medijs in finibus vrbes:

Quas celebrat totum diſcurrens fama per orbem.
Et quicunqꝫ maris viuunt prope littora vaſta.
Qua lacus eſt ingens liquidę ſerbonidis vndę:
Ad cuius zephyrum macetum ſunt moenia regis.
Et pharos in idothees ſcopuli pallenidis alti.
Poſt vrbs ſub caſio pelluſi vergit ad ortus.
Nauigijs populus duris quā poſſidet aptus
Non tamen eſt libyes ponendus finibus iſte:
Scilicet ęoas nili qui continet oras:
Nili quem circū floret mirabilis arbor:
Extinguit quę ſitim pomo: cui nomen ad ipſos.
Hęc facies libyes: hic claudit terminus illam:
Sant tamē hic alię gentes: quę littore ſummo
Tethyos aut medijs habitant telluris in aruis
Et gratas circum ripas tritonidis vndę:
Hic lapis heliotropius: qui nomine vero
Dicitur: conuertit radios nam ſolis in vnda:
Si quis eum fuſa labris immergat aenis
Sanguineiqꝫ rubens reſplendet luce coloris
Purior at ſoli renitet nudatus ab vndis:
SI placet europes quoqꝫ me nunc dicere formam
Haud taceam. ſimilis libye eſt ſed vergit ad arctos
Finibus ⁊ pariter diſtentis pergit ad ortus
Linea nanqꝫ aſię ſimilis diſiungit vtranqꝫ
Hęc notias ſpectat: partes aquilonis at illa:
Aſt ambas vnā ſi terras eſſe putemus
Aſſimulent conum laterum compagibus ęquis:
Cuius ad occaſus eſt ſummum: lata ſub ortu.
Sic europa tibi facili dignoſcitur arte.
Ad cuius ſummum prope metas herculis alti
Magnanimę gentes dederat quis nomen hiberus

Ad ſpacium multū terrarum rura colentes
Oceanum boreo contingunt frigore durū
Scrutaturqꝫ decus pulchrum ſapientibus auri:
Quos tñ haud maculat pręſens: nec deijcit abſens
Qua ſunt germani bellaces: atqꝫ britanni
Saltibus hercynis germania ſubiacet atrox.
Hęc tergo ſimilis taurino dicitur eſſe.
Epaſcit volucres mirum fulgentibus alis:
Quis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.
Pyrrhenes ſequitur mons: poſt hūc ē celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic phaethonta ſuum carę luxere ſorores
Hic electra legunt alnis ſtillantia celtę
Sucina quę memorant mellis viniue colore.
Quę paleas rapiunt tractu: frondeſqꝫ caducas:
Poſt hos tyrrheni: quos iuxta ſolis ab ortu
Incipiunt alpes: quibus exit gurgite vaſto
Oceani rumpens glacialis littora rhenus.
Hunc prope conſurgit fons iſtri flumine longo
Qui poſcens ortus: euxini peruenit in vndas
Irriguam peucen amplexus gurgite quino
Cuius in arctoas eſt partes barbara tellus
Innumeras gentes gremio cōplexa reducto:
Cui finem faciunt meotidis oſtia vaſtę.
Hinc ſunt germaniqꝫ truces ⁊ ſarmata bellax
Atqꝫ getę: necnō baſtarnę ſemina gentis.
Dacorumqꝫ manus ⁊ martia pectora alani
Atqꝫ dromon tauri retinentes fortis achilli.
Anguſtum ⁊ longum meotidis oſtia iuxta.
Hos equites ſupra celeres funduntur agaui:
Atqꝫ melanchenum populus metuendus in arcu

Poſt hippemologi ſunt:hippopodeſqȝ potentes:
Atqȝ gelonus cum neuris.pictiqȝ agathyrſi:
Hic vbi deſcendit porrecta boryſthenis vnda
Euxinumqȝ ſubit criu prope tracta metopon
E regione iacet locus hic ſymplegados arctę
Hic ſunt aldeſti quoqȝ panticapiqȝ fluenta
Diuidui currunt ripheis montibus ambo
Immiſcent qua ſe ponti glacialibus vndis.
Naſcitur electrum pręfluens luce nitenti
Menſe ſolet primo qualis ſplendeſcere luna
Hos adamanta legunt iuxta fortes agathyrſi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus iſter.
Huius ad auſtrales terras gerręqȝ feroces
Noricijqȝ colunt bellaces pannomiqȝ
Et myſitbracum boreis in finibus orti:
In quorum terris quas ponti perfluit vnda
Ignipotens oleo cõmixto gignitur herba
Medica cui nomen cuius compeſcere flammas
Si quis aqua capiat:plus ignem paſcit in illa.
Pulueris hunc iactus potis eſt extinguere ſolus:
Thraces arant poſt hos latiſſima rura tenentes
Quę torrens ſtringit finitqȝ propontidis vnda:
Atqȝ helleſponti fauces ęxęus:⁊ altus
Naſcitur hic ſcopulus pallene gemina refulgens
Aſterium perhibent:ſtellis certare putatur:
Et flammę ſimilis ſplendenti lumine lychnis.
Hic ripas iſtri porrectas vndiqȝ ſtringunt.

EVropę reliquas nunc partis aſpice ternas
Phoebeos vergens:quibus eminet illa ſub ortus:
Prima eſt hiſpanũ:quę frangit littora pontum
Altera tyrrhenum quę pulſat molibus ęquor
Tertia quę graios circũflua gurgite paſcit.
Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus.
Occiduum calpę:qua ſummam ſuſtinet vnã
Herculis e ſtatuis:quam ſupra diues ⁊ alta
Tarteſſus templiqȝ ſedent qui collibus imis
Pyrrhenes:cęlum qui tangit vertice ſummo.
Aſt ambas intra tellus iacet auſonidarum
Limite quam recto mediam ſecat apenninus
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
In freta ſicanię porrectas terminat oras:
Hunc vrbes circũ populi genteſqȝ frequentant
Quos breuiter retegam noſtro tibi carmine cũctos:
Tyrrheni primum fortes:iuxtaqȝ pelaſgi
Cyllenres quondã propria qui ſede relicta
Tyrrhenis ſocias petierunt nauibus arces.
Hos prope ſunt omni ſuperantes laude latini:
Quorum per terram diſcurrit in ęquore thybris
Regius irriguo dirimit qui gurgite romam
Romã quę genitrix regnũ dominatur in orbem:
Poſt hos pingue ſolũ ſequitur campania diues
Hic tibi parthenopes domus eſt caſtiſſima frugum
Fertilis.hanc pontus proprijs exceperat vndis
Ad noton eſt longe ſupra ſirenida rupem
Dicentis ſilari gurges ſpectabile flumen:
Hunc habitant prope lucani brutijqȝ colont
Ad leucapetram longiſſima rura tenentes.
Hinc eſt ad boream zephyri quę ſumma vocatur:
Sub qua ſunt locri celeres.qui tempore priſco
Iſtuc reginam propriam venere ſecuti
Auſoniamqȝ tenent:qua currit flumen halecis:
Moenia cernuntur metaponti:deinde crotonqȝ

Quam pulcher gratam pręterfluit ęſarus vrbem.
Vlterius pergens hinc templa lacinia cernens:
Poſt hęc eſt ſybaris: perijt quę numinis ira
Pręponens hominum tumulos cęleſtibus aris.
Poſtere qui priſcis auſi certamina ſoli
Samnitis medio complectitur itala tellus
In gremio. marſoſq; ſimul: tunc deinde tarentum
Tangitur ęquoribus: quod muniuere lacones.
Continuo calabrę telluris rura ſequuntur
Vſq; hirij ſummā. ſed tendit iapygis ora:
Qua ſalis adriaci trahitur vaſtiſſimus ęſtus:
Atq; ſinū penetrans aquileium colligit vndas.
Alta tegeſtręon poſtremę moenia terrę
Qua ſinus ionius finitur gurgite laſſo.
Hi ſunt auſonię populi genteſq; potentes.
Flexilis hinc pontus conuertens vergit ad ortus
Atq; liburnorum terras hylliſq; feroces
Bulimeon pariter pręſtringens littora currit:
Et venit illyrias late porrectus ad arces.
Quas tollunt montes excelſa cacumina ſummas.
Cernitur hic tumulus qui cadmi dicitur eſſe
Hermionęq; ſimul. nanq; hic ſerpentibus illi
Corpora poſt tempus longū mutaſſe feruntur
In ſenio: poſtq̄; patriam thebaſq; relinquunt
Hinc illos aliud poſuerunt numina monſtrum
Nanq; duo tumuli concurrunt peſte futura
Significat quotiens ſęuiſſima damna coſonis
Hęc regio fontem mirandę concipit vndę
Quē merito veteres dixerunt nomine ſacrum:
Nam gelidus ſuperat cunctarum frigus aquarum:
Accenſaſq; faces ſi quis prope duxerit vndam
Extinguit flammas: recipit ſed rurſus eaſdem
Admoueat dextra cū extinctam lampada fonti.
Sed ſupra tracen: necnon epiron ad auſtros
Principium terrę doctiſſima gręcia ſumit
Aſcendens multū. geminoq; ſub ęquore cincta
Aegeo ſiculoq; mouent qua flamine venti
Diuerſo: ſiculū zephyrus tenet: eurus ad altum
Aegęum: ſequitur pelopis poſt inſula lata
Conſimilis folio platani: quod muris acuta
Aequiparat caudam: cuius iacet iſthmos imago
Hellados ad boream ſibimet confinia iungens:
Latior at tellus folium ſeu flexile circum
Cingitur ęquoribus zephyrum tryphyllidis arua
Excipiunt: per quā deſcendit flumine pulchro.
Alpheus: qui meſſeni diſcinditur vndis
Eurotę: terris ambo naſcuntur aſeis.
Hic tamen eleos: & diuidit ille laconas.
Hic medijs habitant late telluris in aruis
Arcades apidanei ſub ſcopulos erymanthim
Qua melas atq; crathis fluuij qua currit iaon
Tenditur atq; vetus: qua longo gurgite ladon:
Hic merulos perhibent albos mirabile dictu:
Hic naſci linum: qui tacto accenſus ab igni
Extingui nequitur quem graij nomine vero
Albeſtum memorant. ferri nitet ille colore.
Iuxta eſt argiuum tellus pariterq; laconum
Ortus argiui vergunt: laconas ad auſtros.
Aequoribus geminis iſthmos pulſatur vtrinq;
Hoc ephyren contra eſt zephyrus: ſed verberat illud
Eurus in imenſum quę mergitur vnda profundum
Nomine quam danai dixere ſacronida priſco.

Attica ſed tellus poſt iſthmon ſolis ad ortum eſt.
Hinc orythyam boreas rapuiſſe puellã
Traditur. hic illiſos: aquis deuoluitur amnis
Boetum ſequitur finis qua dicitur vnda
Eſſe poteſtatis diuerſę: nanq; duobus
Fluminibus vertit verucum lana colorem:
Hoc fuſcat niueas: hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde ſolũ ſequitur regionis: ⁊ ora
Teſſalis ⁊ tellus macetum cũ moenibus altis
Sub cuius ſcopulus tangentes vertice celũ
Speluncę veteris ſeruant inſignia cladis:
Finibus in medijs terrarum nanq; videntur
Oſtrea muricibus ſiccata latentibus eſſe:
Diluuiũ latebras dederat quod piſcibus illas:
Concipit ⁊ parit hic naturę munere gemma:
Quam peanitẽ perhibent pregnantibus iſta
Auxilium confert facilis releuamine partus.
Cernitur hinc niueas attollens vertice rupes
Aemus threicius: quẽ contra tenditur agris
Ad zephyrum regio dodones lata feracis
Ad cuius notias partes ſub rupe aracynthi
Aetolę gentes ſunt belli laude potentes
Campi quos medios acheloia perſecat vnda:
Et mare trinacrium perrumpit echinadas intra
Regna cephallenę prope ſunt ſapientis vlyxi
Iſte galactiten ripis oſtendit in altis
Vberibus prodeſt: necnon infantibus idem:
Et ſi quis terat hunc albeſcit lacte liqueſcens
Hunc fluuium iuxta pręclaros ſolis ad ortus
Phocis ad arctoos ventos extenditur ingens
Donec contingat calida oſtia thermopylarum

Subiuga parnaſſi cephiſſos gurgite magno
Quam mediam dirimit deſcendens murmure vaſto
Qua templum phoebi memorabile delphica ſedes.

Nunc magno nobis ſunt inſulę ore canendę
Quas homines toto diſperſas ęquore cernunt
Eſt igitur ponto tellus circumflua prima
Cui nomen gladis: ſtatuas hęc herculis inter
A tyrijs colitur continuſa vocata vetuſtis.
Continuoq; iacent gymnaſię: has baleares
Romani memorant: hinc frangitur ęquore buſos
Sardonię poſtq; pelago circumflua tellus
Fontibus e liquidis prębet miracula mundo:
Quot ſanant ęgros: pandunt dãnantq; nefando
Periuros furto: quos tacto flumine cęcant.
Poſtq; non longe cernuntur littora cyrni:
Corſida quã pariter geminato nomine dicunt:
Hanc ſolam perhibent catochiten gignere terram:
Corporibus lapis hic ceu glutine rectus adhęret.
Nulla tamen tellus latiſſima robora ſiluę
Sic habili generat: dehinc rupes ęolidarum:
Quas ſeptem numero perhibẽt cognomine plotas:
Quippe viam ratibus pelago dant vndiq; vaſto
Trinacrię poſt hos moles diſtenditur ampla
Cardinibus ternis: laterum quam terminat actus
Procurrens pachino longe caſtriſq; pelori
Externenſq; rates lylibei cautibus aſpris
Eminet ad zephyrum lylibę: pachinuſq; ſub ortum
Aſpicit auſoniam boreęq; pelorus ad axes:
Qua mare vix ſuperant haud ęquum mille periclis
Anguſtum rapido quod frangit gurgite ſaxa.

Traditur hic pelagi diruptas viribus olim
Excepiſſe fretum terras cogente ruina.
Plurima ſunt iſtic totum memoranda per orbē.
Dianas fons eſt: camerina gignitur vnda:
Quem ſi quis manibus non caſtis hauſerit vnquā:
Letifico triſtis non miſcet pocula baccho.
Hęc eadē montē mirandā ſuſtinet ętnam:
Vertice qui ſummo rigida niue temperat ignem:
Nec ſuperant flammę frigus nec frigora flammas:
Hic ſalis acragas miracula poſſidet vnus
Naturas in quo proprias mutare videtur
Ignis ⁊ vnda. ſalem namqꝫ illum ſoluere flammę:
Vnda ſolet crepitus illis coniuncta mouere.
Hic ⁊ haleſmus fons eſt mitiſſimus vndis
Tibia quē extollit cantu ſaltare putatur
Muſicus ⁊ ripis lętans excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic. cui nomen achates:
Hoc dederat fluuius cuius generatur ad vndas
Hanc ſimulachra vides venis oſtendere gemmā.
Aequoris ad ſiculi: quod vaſtis funditur vndis
Ad noton eſt pontus libyę ſirtiſqꝫ vadoſa
Maior: at vlterius ſi pergas: cerne minorem
Occiduam iuxta quā menix inſula fulget.
Et cercina ſimul libyca ſtatione patentes
Adria quas penetrat: venias ſi parte ſiniſtra
Atqꝫ legas calabrum littus: tunc inſula magni
Oſtendit ſeſe diomedis nomine dicta:
Quo profugus quondam victor conceſſerat ille
Coniugis inceſtę per fraudes ęgialię.
Ionium pergens abſyrtidas ęquor ad ortus
Circuit has olim colchi tenuere feroces.

Laſſidum fruſtra medeę furta ſequuntur.
Continuo poſt haſce liburnidas aſpicis altas.
Ad notias partes: hinc ſęua ceraunia nautis.
Inſulę ambracię contra cernuntur in alto.
Et corcyra potens: ithaces atqꝫ aſpera tellus
Et quas oblimat riuis acheloius amnis.
Flumine torrenti precelſam chalcida linquens
Sed multę amnis hyperboreę ſub parte videntur
Aegylaqꝫ: inde cythera: calabria dura colonis.
Ad radios vergit: ſed carpathus: hanc prope certę
Pinguis ⁊ vmbroſis extendens collibus iden:
Ante ortus ſolis perhibent quam fulgere ſole.
Gignitur hic alimos: quā ſi quis mordeat herbam:
Compeſcit dānūqꝫ famis rabiemqꝫ diurnam.
At rhodos ęgyptum contra iacet inſula diues:
Suniados contra quoqꝫ ſummū rupis ad ortus.
Nubila quā nunquā vetuerunt lumine ſolis:
Nam purus carę potitur telluris abantas:
Supra ſunt ſelamis: necnō ęgyna: ſed ortus
Cernentē cyprum pontus panphylius ambit.
Poſt hęc ſunt ternę citra patareide ſumma
Fama chelidonias: celebrat quas nomine terras.
Nec procul eſt arados phoenices ęquore cincta.
Aegei vero diuerſis partibus alti.
Ad fauces arctas multę ſunt inſulę abydi
Confines aſię dextrę: europeſqꝫ ſiniſtrę.
Ad boream tamē hę pertendunt ordine longo
Europes matris contingit abantias oram:
Et celſam ſcyrus peparethus ſacraqꝫ lemnos.
Fertilis atqꝫ thaſos: ſimul imbros poſt corybantum
Moenibus antiquis ſamothracia cernitur alta.

Aſt aſię partem: quę tangunt ęquore primam
Delon circundant: has dicunt cycladas eſſe:
Contimbos: parados: ceu ſtellas aſpicis almas
Joniaſqȝ ſimul: quas inter caunus ⁊ altę
Sunt ſamnus atqȝ chius celebrato nomine claro.
Aeolicę poſt: ⁊ leſbus teneduſqȝ ſequuntur.
Et ſinus inde melas belles prorumpit in ęquor
Panditur hinc pelagus: tumidaqȝ propōtide feruet
Ad boream: ſaxiſqȝ viget proconeſus in illa:
Eſt etiam leuis euxini partibus vna
Quā leucen perhibent: aduerſa boryſthenis amnis:
Paſcit aues quoniā multas candore niuali.
Hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere ſecuras virtutis munere pulchro.
Cimmerium recta: ſed ſi quis boſphoron ibit.
Cernitur hinc dextra: vaſtę meotidis vnda:
Jnſula mole grauis trans alopeca lata
Poſt quā phenagoren: hermonaſſamqȝ nēpotes
Egregie quondam coluerunt gentis ionum
Jnſulę hę celebres pelagi ſunt nomine claro.
Aſt alias refluum circūdat tethyos ęquor:
Quarū demonſtrem poſitū regionis ad oras:
Aethiopes habitant erytheam pectore iuſti
Atlantem iuxta longęui finibus olim
Uenit hyperboreus quę gens poſt facta perempti
Geryonis: domuit quem virtus herculis ingens.
Sed ſummā contra ſacrum cognomine dicunt
Quam caput europę: ſunt ſtanni pondere plenę
Heſperides: populus tenuit quas fortis hiberi
Aſt alię oceani iuxta borcetidas arctas
Sunt geminę rheniqȝ britannides oſtia cernunt.

Hic etenim laſſo perrumpit tethys curſu.
Has tamen haud habeat ſpacio ſuperare per orbem
Jnſula perfulget nigro ſplendore gagates:
Hic lapis ardeſcens auſtri perfuſus aquarū
Aſt oleo perdens flammas mirabile viſu.
Attritus rapit hic teneras ceu ſuccina frondes:
Nec ſpacio diſtant neſidum littora longe
Jn quibus vxores amnitum bacchica ſacra
Concelebrant: hederę folijs tectęqȝ corymbis.
Oceani tranans hic nauibus ęquor apertum
Ad thulen venies: quę noctę dieqȝ relucet
Titanis radijs cum curru ſcandit ad axes
Signiferi boreas ſuccedens lampade partes
Ad nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad ſolem calido referentē lumen ab ortu
Aurea ſpectet̄ tibi pinguibus inſula glebis.
Hinc trepidos proram conuertēs nauis ad auſtros
Taprobanem veniet: generat quę magna elephātes
Per fines aſię: iacet hęc ſub ſydere cancri
Littoribus cuius ſaliunt denſiſſima cete:
Quę paſcit vaſtum mare rubrum montibus ęqua
Tenditur horribilis: quorum per terga per armos
Spina ferens cladem: fatumqȝ ſub ore feroci:
Quippe ſolent pariter nauem ſorbere viroſqȝ
Nam mala tam pelagus q̄ȝ terra merentibus offert.
Ulterius pergas ſi poſt carmanicā ſummam
Ogyris occurrat qua dicitur eſſe ſepulchrum
Regis erythręi: dederat qui nomine ponto:
Perſicus inde ſinus penetratur. ⁊ icaron offert
Jnſula: quę fertur nimium placare dianam.
Tot ſunt ingentes quas cingit tethyos vnda

Inſulę: aſt alię diuerſis partibus orbis.
Diſperſę plures: fama latuere minores
Antis difficiles nautis vel portubus aptę
Quarum non facile eſt mihi promere nomina verſu.
ASt aſię fines amborum linea monſtrat.
Et formam contra poſitarum imagine coni.
Paulatim trahitur tamen hęc orientis ad oras
Oceanus ſtatuas bacchi qua tangere fertur
Finibus indorum poſtremis gurgite torrens
Qua ganges liquido nyſſeos irrigat agros
Non tantum ⁊ ſpacio ſimilis telluris apertę
Scilicet ambabus penetralibus vnus in illis
Funditur oceani ſinus: ⁊ diſterminat ambas.
Aſt aſię gremio triplex mare confugit vndis
hircanum pariter perſum ſimul atqꝫ ſabęum
hęc noton: ad boreos hyrcanum vergit ad axes:
Gurgitis euxini vicinum multa virorum
Milia: quod circum degunt per littora ponti.
Amborum medius campis diſcernitur iſthmos:
Aſt aſiam qui mons excelſus diuidit omnem
Incipit a medijs terrę pamphylidis oris
Et longis ſeſe ſpacijs producit ad indos:
Nunc obliqua means: nunc recto limite currens
Vertice: quem torno perhibent cognomine taurum
Cornua nam ſummus ſcopulis imitatur acutis:
Multifiduſqꝫ ſuos huc colles ſpargit ⁊ illuc.
Ex hoc innumeri deſcendunt fontibus amnes
In partes euri zephyri boręęqꝫ vel auſtri.
Quis memorare queat fluuiorum nomina cuncta?
Non tamen eſt vnum montis cognomen vbiqꝫ
Sed varij flexus variantur nomine multo.

Singula ſed proprijs ſunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populoſqꝫ tenentis
Qui celebres memorem: ſed foelix numen adeſto
Męotę primi tangunt meotidis vndas
Sauromatęqꝫ truces gens aſpera martis in armis
Sanguis amozonidum fortis: quos protulit olim.
Sauromatis mixtę quę thermodoonte relicto
Ingentes genuere viros: belloqꝫ potentes
Innumeras habitant qui ſiluas gurgite vaſto:
Inter quas tanais meotidis intima pulſat
Europen fluuio dirimens aſiamqꝫ reflexo:
Europen zephiro: aſiam ſub partibus ortus
Caucaſi exit cuius fons montibus altis
Murmure cum vaſto ſcythię per plana refuſus.
Nunc tamen imenſo torrentem flumine vertit
In glaciem boreas horrendo flamine ſęuus.
heu miſeros homines: habitant qui finibus illis
Aere damnati triſti: nimioqꝫ rigore:
Quo pereunt pecudes pariter populiqꝫ virorum
Ni propere linquant ſua rura furentibus euris
hi tanain habitant fluuium prope ſauromatarum
Cui ſunt vicini ſindi quoqꝫ cimmerijqꝫ
Poſt hos cercetij iuxta quos axenus altis
Fluctuat ęquoribus: necnon oretęqꝫ feroces
Et qui troianę poſt proelia gentis achęi
Aſcalpi regis: victricia ſigna ſequentes
Diſpulſi ventis iſtas venere ſub oras.
Poſt hos eniochi. genuit quos gręcia tellus
Et zygij iuxta viuunt regione ſub vna
Intima ſed ponti poſt fines tyndaridarū
Aegypto miſſi colchi tenuere coloni:

Caucaſij mõtis prope collem ⁊ caſpia ponti
Littora: qua celeres deſcendunt phaſides vndę
Circeoſqȝ ſecant campos: atqȝ ęquora ponti
Naſcitur armenij fluuius qui vertice montis:
Ad cuius partes boreas ⁊ ſolis ad ortus
Euxinum dirimens: ⁊ caſpia littora late:
Diffuſos ſpaciū per longum panditur iſthmos:
Quem iuxta terras habitant orientis iberes
Pyrrhenę quondam: celſo qui monte relicto
Huc aduenerunt hyrcanis bella frequentes.
Hic camaritarum gens eſt chariſſima baccho:
Fluctibus hanc propter per ſenit caſpius ęſtus
Undiqȝ quem tereti concludit margine tellus
Sed mare non valeat tribus illud menſibus vlla
Scilicet immenſum nauis tranſire profundo
Non tamen exacuit pars vna ſub axibus ęquor
Qua tractum refugę miſcetur tethyos vndę.
Multa quidem generat viuis miracula rerum
Sed tamen egregio criſtalli pondere gemmam
Atqȝ malos lemures quod pellit munus iaſpi
Nocturni manes fugitant: quem mēbra tuentem
Hoc igitur pelagus: quę gentes vndiqȝ cingunt
Incipiens numerum primis aquilonis ab oris
Quę vergunt zephyro: quas caſpia littora claudunt
Primi ſunt ſcythię populi ſaturnia iuxta
Aequora viuentes. hyrcaniqȝ oſtia ponti
Quos ſupra gryphes ditiſſima rura ſmaragdo
Qualem non alius terrarum poſſidet orbis
Atqȝ aurū ſibimet defendunt pondere puro
Omnia: ſed duri ſuperans audacia lucri
Aduerſus volucres heu cōmouet arma virorum

Prelia nam faciunt armaſpi gryphibus hoſtes
Hic ⁊ criſtalli perlucet maxima moles
Hinc vinnus ſequitur. poſt fortis caſpia proles
Hinc ſunt albani bellaces marte feroci
Unde canes nati ſuperant genus omne ferarum
Magnus alexander miſſum ſibi viderat inde
Victorem barriqȝ canē. rabidiqȝ leonis.
Poſt hos caduſij duriſſima rura colentes
Et prope ſunt mardi: ſequiturqȝ hyrcania plebes
Hinc apyri: per quos mardus deuoluitur amnis
Dercebius bibit hunc pręter bactruſqȝ fluentem
Per quos hyrcanum currens deſcendit in ęquor
Sed bactri medijs habitant telluris in aruis:
Parnaſſum late prope montem rura tenentes:
Dercebij vero ſub caſpia littora vergunt.
Poſt hos maſſagetę: trans flumen araxis ad ortum
Hoſpitibus ſęui cunctis belloqȝ feroces
Non bacchi donum: cereris nec munera norunt:
Sed lac cōmixtum potant cū ſanguine equino
Hos iuxta boream vergit chorasmia proles
Sugdias hanc ſequitur rapidus quam diuidit oxus
Emodum montem: qui linquens caſpia rumpit.
Inde ſace nimium certis gens mira ſagittis
Flumen iaxartem iuxta: quibus arua coluntur:
Et tochari phruniqȝ ⁊ plurima milia ſerum
Illis nulla boum: pecoris nec paſcua curę:
Veſtibus vtuntur: texunt quas floribus ipſi
Quos tenuat lectos deſerti finibus ipſi.
Aſt alia ſcythię gens eſt externa per arua
Quos prope ſunt triſtes ventis ⁊ frigore terrę
Nanqȝ niues ſemper pulſant has grandine mixtę:

Caſpius bis populus luſtratur pontus ⁊ oris.
Aſpice poſt colchos nunc: ⁊ poſt phaſidis vndas
Occaſum verſus populus in littore ponti
Euxini: damus hos vſqꝫ ad chalcedonis ora
Boſphorus anguſtat ſcopulis quę trachius vrgens
Byzeres primi quos iuxta terra vechirum.
Macrones poſt hos pariter: phyliresqꝫ ſequuntur.
Moſſyniqꝫ: domos prebent quis: lignea tecta
Turribus arboreis habitantes vnde vocantur:
hinc pecorum eſt diues nimirū gens tibarenum
hanc prope ſunt chalybes duriſſima rura colentes
Quos labor exercet ſęuus ferriqꝫ metalla.
Vicinos iſtis campos terramqꝫ parentem
Aſſyrij complent populi: qua gurgite vaſto
Inter amazonidas thermodon martius amnis
Armenium linquens montem deſcendit in ęquor.
huc aſię quondam deuenit alumna ſinope
Ex qua cognomen ceperunt moenia clara.
Illius fluuij rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem criſtalli pondere puro
Conſimilemqꝫ gelu: nec non ſplendore nitenti
Gemma micans illic perlucet iaſpidis albę
Iris continuo liquidis percurrit in ęquor.
Poſt halys eſt fluuius borcę qui currit in ortus:
Atqꝫ carambidis irrumpit prope littora pontum:
Armonijs primas qui montibus accipit vndas.
Paphagones poſt hos: maryandiniqꝫ ſequuntur
Bithyniqꝫ viri pinguiſſima rura colentes:
Qua rhebas pulcher gratiſſima flumina voluit
Rhebas qui rapidi decurrit ad oſtia ponti.
Nam prius expoſita ſcythię ſunt ſemina gentis.

Nunc aſię regio contingens littora nobis
Dicatur: partes calidas decurrit ad auſtri
Atqꝫ helleſpontum tranſit ſirięqꝫ receſſus
Poſcit ⁊ arrabiam: quę florent vbere terrę:
Sunt chalcedonij primi poſt oſtia ponti
Moenia byzantis qui cernunt optima contra
Romaniſqꝫ pie regnis dominantia mundo.
Bebrycij poſt hos: ⁊ myſia montibus alta:
Qua chius egregia decurrens murmurat vnda:
Qua nymphas comitem perhibent rapuiſſe potētis
Alcidę puerum triſtiſſima fata gementis.
hinc helleſpontū pertenditur angulus ingens
Qua breuior phrygię pars eſt: nam latior intus
Sangarii ripis fluuij vicina rapacis:
Tenditur hęc potius titanis pīguis ad ortus:
Altera ad occaſus alte ſub montibus idę
Altera quę cecidit pręclaro nomine terra:
Ad xanthi liquidas necnon ſimeontis ad vndas:
Poſt hęc colię tellus prętenditur orę
Fluctibus ęgęi primis quę tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus prope ſanguis ionum:
Per quas męander pinguis deſcendit in ęquor
Inter miletum currens: latamqꝫ prienem.
Ad latus iſtorum boreum ſunt moenia clara
Vrbs epheſus: claudit quam grato littore pontus:
Poſt has meonię tellus: quę vergit ad ortus:
Et tmoli colles: fluuius quibus aurifer exit
Pactolus: cuius prope ripa tempore verno
Si ſedeas: dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum: paſcunt quos herbę flumine circum:
Nam florent aſię per campos plurima prata:

Sed magis ad fluuium meandri gurgite miti:
Quem iuxta volucris ſe: murmurat vnda cayſtri:
Poſt hos ſunt lycij: quos xantus diuidit amnis:
Ad mare vergentes qui tauri cornua cernunt:
Vſqȝ ad pamphylios perhibent quē nomine cragū.
Illic aſpicies aſpendum: moenia cuius
Eurimedon amnis radit vicina profundo.
Continuoqȝ iacent alię pamphilidis vrbes
Corycus parceqȝ calcis: ⁊ celſa phaſelis.
Hos ſupra medijs habitant telluris in aruis.
Ad partes ortus: gens dura lycaonis armis.
Poſt hos piſidum pinguiſſima rura coluntur
Termeſus: lybre necnon clariſſima ſlege
Gentis amiclęę pulcherrima moenia quondam
Hinc ſinus eſt longus cilicum: qui vergit ad ortus
Euxini penetrans vicinas ęquoris oras.
Hunc aſię perhibent anguſtis partibus eſſe:
Cui tamen immenſo fluuij ſe gurgite miſcent
Per longum pyramus ſpacium pynaruſqȝ voluti
Flexilis ⁊ cydnus dirimit quę flumine torſon:
Hinc aſię cilicum ſunt celſis moenibus vrbes
Lyrneſſos maloſqȝ ſimul vicina profundo
Atqȝ ſoli medio terrarum fine locati
Cōmagena dehinc regio: ſirięqȝ ſequuntur
Vrbes diſpoſitę per longi littora flexus.
Nam caſij montis: qua prominet ora per ęquor
Vergit in occaſus diffuſis tractibus vnda.
Nunc aliquas aſię partes tibi carmine pandam
Quadrati lateris qua clauditur vndiqȝ forma]
Et ſpacijs campos longis protendit in ortum
Scis etenim memoraſſe tibi: ꝙ collibus altis:

Per totam medijs mons ingens tenditur actu:
Quod fines aſię nigros producit ad indos
Hoc eſto laterum boreum tibi: nilus ad oras
Heſperics finit: ſed tethys ſolis ab ortu
Indica concludit: rubrum mare terminat auſtrum:
Aſpice nunc igitur dum finem verſibus ortus
Peruenio retegens tibi veris omnia rebus.
Incipiens ſyrię terris: qua parte reliqui
Quę pelagus ſupra ſub ſolem vergit ad auſtros
Vrbibus ⁊ multis habitatur nomine priſco.
Quę caua vulgatur: mediam quia collibus altis
Aſt humilem libanus claudit protentus in ortum:
Occaſumqȝ petens caſius. multiſqȝ virorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis
Nanqȝ alij medijs habitant telluris in aruis:
Hoſqȝ ſyros proprie perhibent: ſed littora iuxta
Phoenices viuunt veteri cognomine dicti:
Quos miſit quondam mare rubrum laudib9 auctos
Chaldeo nimium decoratam ſanguine gentem:
Archaniſqȝ dei celebratam legibus vnam:
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Diſiunctas gentes docuerunt iungere mercem
Et primi ſtellis numeros nomenqȝ dedere:
Atqȝ oculis mirum voces ſentire figuris.
Hi muros iopes: gazam quoqȝ elaida complent.
Antiquamqȝ tyrum: beryti ⁊ moenia gratę:
Vicinamqȝ mari byblim: ſydonaqȝ pulchram
Quam iuxta liquido boſtrenus gurgite currit:
Et pinguem tripolim: necnō arthoſida ſacram
Laodicem pariter. poſitam prope littus amoenum
Et poſidi turres: ⁊ daphnes optima tempe

Terrarum mediis apameę moenia clarę
Ad cuius partes eoas orontes.
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna:
hęc omnis pinguis tellus eſt vbere lęta:
Arboꝛibus pariter.pecoꝛiqꝫ ⁊ cõmoda viti:
Ad cuius fines veniens:quos terminat auſter:
Arrabij cernes extremi littoꝛa ponti.
Qui ſyriam medius diſterminat arrabiamqꝫ
Et tangit vergens oꝛientem verſus elanos.
Diues arabs poſt quos latiſſima poſſidet arua
Quę pꝛotenta diu cinguntur ab equoꝛe perſo
Atrabioqꝫ ferit zephyrus quod flamine ſęuo
Perſica nam flatus ęoi littoꝛa turbant
Oꝛa:ſed hęc auſtro tendit ſubiecta per oꝛtus
Fluctibus oceani pulſatur ⁊ vndiqꝫ rubꝛi.
hanc quoqꝫ deſcribam tenui ratione recenſens:
Paſcere nam populos foelices diuite terra
Floꝛibus ⁊ varijs miracula pꝛębet odoꝛis.
Nanqꝫ thyo ſmyrnaqꝫ viget cum thuris odoꝛe
Et caſia.necnon ⁊ cannę dulcis odoꝛe
Cinnama pꝛęterea iocunde naribus aurę
Fertilis hęc generat tellus.auriqꝫ metalla
Veſtibus auratis quare gens vtitur illa.
his pueros ſeruans molochites ſplendet arenis
Andromadaſqꝫ lapis cõpeſcens pectoꝛis iras.
Sed libani montis ſunt poſt decliuia pꝛimi
Foelices opibus nabatęi nomine dicti.
Chablaſii poſt hos atqꝫ aggeres.inde pꝛopinquant
Chatramis atqꝫ ſacę:contra ſunt perſidis ęquoꝛ
Minęiqꝫ maris pꝛope rubꝛi littoꝛa viuunt
Atqꝫ ſabę poſt hos:necnon habitant cletabeni

Arrabię populi celebꝛes hi nomine claro.
Sunt tamen ⁊ plures alij:nam maxima tellus:
Trans iſtam zephiri:ſub partes degit erembum
Speluncis genus infoelix ⁊ rebus egenis
Qui ſolis radijs nigreſcunt coꝛpus aduſti
Diſperſiqꝫ dolent luſtrantes moꝛe ferarũ
Non arabis ſimiles opulentis ſcilicet ęqua
Omnibus eſſe poteſt nunq̃ꝫ foꝛtuna bonoꝛũ.
Poſt libani montis populi ſunt ſolis ad oꝛtus
Alterius ſyrię.quę tendit ad vſqꝫ ſinopen
Cappadoces medijs habitant in finibus huius
Terminus aſſyrios.ſed claudit ponticus ille
Thermodon:pelagi qua pulſat gurgite fluctus:
Cuius ab eoo decurrit limite vaſtis
Viribus euphrates deſcendens montibus aſpris
Armenię longuſqꝫ noton pertendit ⁊ inde
Ad ſolem flexus babylonis diuidit vrbem:
Littoꝛa deinde ruens perrumpit perſidis vndę
Extrema fluuij ſub parte terredona radens
huius ad auroꝛã ripis deuoluitur altis
Tigris.aqua ſuperant quem flumina nulla rapaci
Sed tantum ſuperat:quantum vix ſeptimus oꝛtus
Conficiat pedibus ſpacij pꝛoperantibus ire.
Atqꝫ lacu medius thonites intrat ⁊ exit
Nec violatur aqua:quãuis penetrabilis illa
Ocioꝛ atqꝫ vadis emergens cedit amaris:
hoc tamen omne ſolum fluuius quod cingit vterqꝫ
Indigenę populi pꝛo re dixere medãnem:
Quod medias amnes has terras flumine cingunt
Agricolis pariter paſtoꝛibus atqꝫ feracem
Vbere nam lęto floꝛenti ſemina cuncta

herbarumqꝫ toris ⁊ gramina lęta vireſcunt:
Ut varijs rami complentur fructibus alti:
Gens quoqꝫ pręfulget claris in laudibus illa:
Nam peperit multos celſa virtute potentes
Atqꝫ adeo ſimiles: licet ut mortalibus eſſe
Armenij iuxta quã ſunt aquilonis ad axes
Cõminus ⁊ fortes: quos ſentit mars matieni
Quos prope concludunt euphraten collibus altis
Montes diuitiis pariter belloqꝫ potentes:
Ad partes auſtri babylon: quam moenibus olim
Mirandis poſuit firmiſqꝫ ſemiramis vrbem
Cuius in arce domũ ſplendentẽ fecerat auro:
Quam ſimul argentũ varie decorauit eburqꝫ
hoc quoqꝫ pingue ſolum palmarum diuite ſilua:
Quod fert berylli munus pręcioſius auro:
Berylli lapidem liquidum: glauciqꝫ coloris.
Per loca quę tendunt aſianę ad moenia petrę.
At ſupra babylona vides ⁊ flamina vaſta
Ciſſos meſſabiaſqꝫ chalonitaſqꝫ feroces.
Armenios montes ſi linquens ibis ad ortus
Medica noſcetur tibi tellus: cuius ad axes
Geri ſunt mardiqꝫ viri ſimul atrapateni
Ad noton inde habitant medorum rura tenentes.
Medea hinc fugiens dederat cognomina terrę
hinc medij varios vſus nouere veneni:
Quorum per multas ſpacium diffunditur oras.
hęc generat narciſſiten oriente ſub ipſo
Qui lapis eſt fuſcus: cõplent hanc vndiqꝫ ſiluę
Inter quas homines pecuaria diria paſcunt.
Caſpiadas tangunt portas: qui ſolis ab ortu
Rupibus hęc celſis aſię ſunt clauſtra potentis.

Qua via ſub boream duplex: ſe ſcindit: ⁊ auſtrum:
hęc regio perſas hyrcanos ducit: at illa:
Sub colles imos habitant: poſt caſpia clauſtra
Martia gens parthi: telis arcuqꝫ potentes:
Uiuere qui ſpolijs gaudent: raptuqꝫ nefando:
Qua propter bellis homines vexantur in orbe:
Atqꝫ optata perit multo pax ſanguine mundi.
Poſt hos eſt perſis circundata montibus altis
Aſſiduis florens regnis: ⁊ diuite cenſu
Ex quo perdomuit ſydorum moenia ſardis
Cingitur excelſis hęc vndiqꝫ collibus omnis
Aduergens auſtros poſt caſpia clauſtra petenſqꝫ
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum
Atqꝫ tripartitis habitatur finibus illa.
Nanqꝫ colunt alij rigidę ſub partibus arcti
Terras quas medij nemoroſis montibus vmbrant:
Aſt alij medię viuunt regionis in aruis
Littora poſtremi tangunt auſtralia perſę
Prima parte ſabę medijſqꝫ paſargada: poſt hunc
Taſcorum telis habitat gens fortis ⁊ arcu.
Quinqꝫ tenent populi diuiſos perſidis agros:
Amnibus hęc multis recreatur ⁊ vbere pingui
hinc choros immenſus profunditur. inde choaſpes
Fonte cadens indo: qui ſtringit gurgite fuſa
In cuius ripis pręclarus fulget achates
Pondere conſimilis voluit quos vnda cylindris
Fertilis hęc tellus foecundis paſcitur auris
Nam ventis ſemper floreſcunt rura fecundis:
hęc eadem gemmis nimium decoratur honeſtis
Quarum quis varias vires? quis nomina dicat?
Te colythum memorem iuſto cognomine dictum

Qui lapides renum tritus potuſqꝫ reſoluit:
Mirītenenqꝫ bonum nardi cum reddat odorem
Hic eſt actites ſonitum cui ſpiritus addit
Archanum crepitans pręgnantibus vtilis eſſe.
Necnon pyrites: digito qui ſtrictus adurit
Gemmaqꝫ quę radios emittit candida ſolis
Atqꝫ ſelenites lunaris imagine lucis:
Quod decus ⁊ minuit proprij ſplendoris ⁊ auget.
Reſpice nunc reliquas aſię ſub finibus oras.
Perſidis ad pontum carmani ſolis ab ortu
Littora pars habitant: medię pars limina terrę:
Cedroſi poſt hos tendunt orientis ad ignem
Oceanum iuxta radiis proprioribus vſqꝫ
Eſt ſcythię tellus auſtralis flumen ad indum:
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad auſtrum:
Caucaſus oriens primum de montibus altis.
Diuidua cuius patalenę cingitur vnda
Separat innumeras ⁊ vaſto gurgite gentes:
Ad partes rapidi qua vergunt lumina ſolis
Oritas aribaſqꝫ ſimul liniqꝫ arachotas
Utentes leuis: ⁊ ſatraidas ſimul omnes
Pampanij montis ſub celſa rupe arienos
Nomine cōmuni: qui terras vbere nullo
Florentes habitant: ſquallent nam ſentibus aſpris
Coralij lapidem: qui rubrum littore carpunt.
Saphirijqꝫ decus nigri flauijqꝫ coloris
Saxorum cędunt venis ac merce beati
In quorum terras hinc tethyios ęquora claudunt
Quas primo titan aſcendens lumine cernit
Unde color populis niger eſt flagrantibus ortus

Atqꝫ gerūt ſimilis hyacintho frōte capillos.
Effodiunt alij terras: auriqꝫ metallum.
Aſt alij texunt tenuiſſima tegmina lini:
Uel dentes ſtringunt elephantis ab ore reuulſos:
Scrutantur ripis alij torrentibus imbri:
Berylli gemmas glauci: nitidumqꝫ adamanta:
Atqꝫ aura viridi legitur: quę ſplendet iaſpis:
Coralijqꝫ decus liquidi: gratiqꝫ topazi
Purpureoqꝫ amethyſos ineſt ſuffuſa colore:
Diuitias magnas ſic tellus illa miniſtrat:
Aſſiduis rigant hanc totam fontibus amnes
Arboribuſqꝫ viget varijs milioqꝫ ſequenti:
Et precio rubrę perfloret arundinis illa.
Hinc alij ſuperant procero corpore tantum
Inſiliant equitum faciles vt more elephantis:
Aſt alij viuunt ſapienti pectore nudi
Luminibuſqꝫ vident rectis mirabile ſolem
Et radios oculis ⁊ ſacra mente retractant
Signaqꝫ concipiunt arcana luce futuri:
Pſitacus hic viridis decoratus torque rubenti
Naſcitur: humanę ſimulat qui verbera linguę.
Nunc age te fluuios montes formāqꝫ docebo:
Ipſius terrę populos genteſqꝫ beatas
Marginibus ternis tellus hęc clauditur omnis
Obliquatqꝫ latus per cunctas linea partes.
Heſperios fines immanis terminat indus:
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum:
Sed gentes ortus ⁊ caucaſus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi diteſqꝫ colendam
Nominibus varijs diſcreti: ⁊ finibus amplis:
Dardanij ripas contingunt fluminis indi

Hic vbi precipitem ſcopuli fundunt aceſinem
Hunc q; capax claſſis venientẽ voluit hydaſpes
Tertius hos ſequitur ſplendenti gurgite cophes:
Toxilus inter quos habitat cũ gente fabarum.
Hinc ſcodri poſt hos ſunt: peucanei q; feroces.
Sangaridę q; truces: auri qua pondus onuſtum
Deuoluens: hypaniſ q; trahit: rapiduſ q; megarus
Quos capit emodo miſſos gangetica monte
Tellus porrigitur quę ad terrę colidis auſtros
Oceani tangens pelagus ſub collibus altis
Quos volucres metuunt celeri contingere penna
Unde locis graij poſuerunt nomen aornin
Hic via quę celebrat nomen dionyſia bacchi
Cui ſtatuas dederat victoria finibus illis
Hic tylos eſt ſuperans vaſtę miracula terrę
Inſula: nanq; viret cunctis in partibus anni
Nec folijs nudat ramos autumnus in illa.
Aſſidue q; tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget lymphantia pectora ſanans.
Et prohibens miſeris occulti damna veneni:
Quem minime valeat ferrum ſuperare nec ignis:
Frangitur hircino maceratus ſanguine tantum
Sed tepido: fractis multis incudibus ante:
Ad motum retrahi defendens robore miro
Hic lignis lucem ſimulat ſplendore lucernę
Hinc meruit nomen prędaro nomine dignum
Tot ſunt per terras vulgate nomine gentes:
Nam reliquas quę mens valeat mortalis in orbem
Diſperſas: numerare tibi ſine numine magno?
Quod bene diſpoſuit terras: ponti q; profundum:
Sideribus varijs decorans cęleſtia templa:

Et multis recreãs: varijſ q; coloribus arua
Munera per populos tribuens diuerſa virorum.
Sed nos terrarum tractus gaudere per euum:
Et quęcunq; mari circumdatur inſula vaſto:
Oceanuſ q; ſimul: necnon penetrabilis vnda:
Quam gremio tellus ſinuoſo ſuſcipit alma:
Et fluuij monteſ q; lacus: quos continet orbis:
Nam pelagi partes percurri carmine vaſtas:
Et terrę pariter regiones finibus amplis:
Omnipotens pro quo genitor mihi pręmia donet.

Pomponij mellę vna cũ priſciani ex dionyſio de or/
bis ſitu interpretatione finit. Erhardus ratdolt Au/
guſtẽſis impreſſit Venetijs. 15. Calen̄. Auguſti An/
no ſalutis noſtrę. 1482. Laus deo.

Caius Julius Solinus / de Collectaneis rer memorabilium

CAI Iulii Solini rerũ memorabilium collectaneæ. Solinꝰ Auẽtino Salutẽ.

c V m & Aurium clementia; & optimarꝫ artiũ ſtudiis præſtare te ceteris ſentiam: Idq; oppido expertus de beniuolentia tua nihil temere perceperim: reputaui examẽ opuſculi iſtius tibi potiſſimũ dare: cuius uel induſtria promptus ſuffragiũ: uľ benignitas ueniã ſpõdebat faciliorẽ. Liber eſt ad compendiũ præparatus· quantũq; ratio paſſa ẽ: ita moderate repreſſus: ut nec ꝓdiga ſit ĩ eo copia: nec dãnoſa cõcinitas. Cui ſi animũ ꝓpius intenderis· uelut fermentum cognitionis magis ei ineſſe· quã bratheas eloquẽtie deprehẽdes. Exquiſitis .n. aliquot uoluminibus ſtuduiſſe me impendio fateor: ut a notioribus referrẽ pedẽ: & remotis largius ĩmorarer. Locorꝫ cõmemoratio plurimũ tenet· ĩ quã partẽ fert me inclinatiorẽ uniuerſa materies. quorꝫ cõmeminiſſe ita uiſum ẽ: ut inclytos terrarꝫ ſitus: & inſignes tractus maris: ſeruata orbis diſtinctiõe ſuo quoq; ordini redderemus. Inſeruimus & pleraq; differẽter cõgruẽtia: ut ſi nihil aliud· ſaltem ipſa uarietas legẽtiũ faſtidio mederet. Inter hæc hoĩuꝫ & aĩaliũ naturas expreſſimus: aditis paucis ꝺ arboribus. Et Lapidibꝰ exoticis: de extimarꝫ gentũ for-

mis: ꝗ ritu diſſono abditaꝝ nationū: nōnullis
etiam dignis memoratu: quæ ꝑtermittere in/
curioſum uidebatur: quoꝝ auctoritas (qđ ĩpri
mis induſtriæ tuæ ĩſinuatum uelim) de ſcrip/
toribus manat receptiſſimiſ. quid enim afferre
nouum poſſimus: quod ꝓprium noſtrum eſſe
poſſit: cū nihil omiſerit antiquitatis diligentia:
quod intactū ad hoc uſq; eui ꝑmaneret. Qua
ꝓpter queſo: ne de preſenti tēpore editionis
iſtius fidē libres: quoniā quid: ueſtigia mone/
te ueteris ꝑſecuti oppiniones uniuerſas elige
re maluimus potius q̄ innouarē. Ita ſi qua ex
iſtis ſecus (q̄ opto) in animū tuū uenerint ꝯdes
uelim infantiæ meæ ueniā. nā cōſtantia ueri/
tatis penes eos ē quos ſecuti ſumus. ſicut er/
go qui corpoꝝ formas emulanē) poſtpoſitis q̄
reliqua ſunt añ oĩa effigiant modū capitis: nec
prius lineas deſtinant ĩ membra alia q̄ ab ip̄a
(ut ita dicam) figuraꝝ arce auſpiciū faciant in
cohandi. Nos quoq; a capite orbis. i. ab urbe
Roma principiū capeſſemus: quāuis nihil ſup
ea reliquerint doctiſſimi auctores: quod ĩ no/
uū noſtrum preconium poſſit ſuſcitari: ac ſup/
uacuū pene ſit religere tramitē decurſum tot
animalibus. ne tñ ꝓrſus diſſimulata ſit: origi/
nē eius (q̄ta ualemus) ꝑſeq̄mur fide. qđ añ oĩa
demittere ĩ pectus tuū uelim/ac ſcribere.

De origine & tēporibus urbis Romæ: & mē
ſibus & diebus intercalaribus Capl'm. i.
De temporibus urbis condite. ii.
De homine: & primū de menſtruis. iii.
De fortitudine. iiii.
De memoria. v.
De moribus. vi.
De eloquentia. vii.
De Italia & eius antiquitate. viii.
De ĩſulis: & primū de corſica & cathochite la/
pide. viiii.
De ſardinia: ſolifuga: & herba ſardinica. x.
Sicilia: In ea ſoli & aquarum memorabilia: &
de achate lapide. xi.
De inſulis uulcaniis. xii.
Europe ſinus. xiii.
De Theſſalia & Macedonia: & Philippi ocu/
lo. xiiii.
De macedonia: & olympo mōte: & lapide pe/
ante. xv.
De thracia: & thracum moribus: & gruibus:
& hyrundinibus: & iſtmo. xvi.
De claro inſula: & de miralibus quæ in cre/
ta ſunt: & de chariſto & delo: & diluuio: & co/
turnicibus. xvii.
De creta inſula. xviii.

De euboea:paro:nixo:icaro:melo:carphato rhodio:lemno. xviiii.
De hellesponto:ꝑpontide:boſphoro:& ele/phantis. xx.
De hiſtro flumine:fibro:pontico:& gemma pontua. xxi.
De hyppani amne:& exāpeo fōte. xxii
De boriſthene amne:& ſcythis:& natur̃ canū & ſmaragdo lapide:& chriſtallo. xxiii.
De hyperboreis. xxiiii.
De arympheis: Tygridibus:Pantheris par/this: xxv.
Vnde maria mediterranea oriant̃. xxvi.
De inſulis ſcythicis:& oceano ſeptentrionali: & ſpatiis īter ſcythas & indoſ:formis hominū ceruis tragelaphis. xxvii.
De germania & eius fontibus:de uris & alce: & ſuccino:& ceraunio albo. xxviii.
De gallis:meſia:& oleo medico. xxix.
De brithania:& īſulis gallici oceāi. xxx.
De hyſpania:gaditano freto:mediterraneo mari & oceano. xxxi.
De libya:& hortis heſperidum:& achāte mō te. xxxii.
De mauritania:& elephantis. xxxiii.
De numidia:& de urſis in ea. xxxiiii.
De aphryca:cyrenica: leonibus:hiena: hie/nio lapide:ſerpentibus:onagris:heliotropio gemma:pſillis:baſiliſco:ſimiis. xxxv.
De amatibus & aſbitis. xxxvi.
De garamātib⁊:& inſula gauleon. xxxvii.
De æthiopibus & eoꝝ mirabilib⁊. xxxviii.
De ultimis gentibus libyæ. xxxviiii.
De egypto:& de his q̄ ī eo ſunt. xl.
De arabia:& thure:& myrrha: cīnamo:phœ nice:ſardonice:& aliis lapidibus. xli.
De caſſio mōte:& pompei tumulo:& andro/medæ uinculis. xlii.
De iudea:& lacu aſphalte:& balſamo:& gen/ti eſſenorum. xliii.
De ſcytopoli oppido. xliiii.
De Tygri:& Eufrate:& lapidibus precio/ſis. xlv.
De cilitia:& cidno amne:& corytio:anero:& thauro monte. xlvi.
De chimera monte. xlvii.

De aſia.phrygia.galatia.lidia.epheſo urbe˙.
& uiris illuſtrib⁹: & đ Homero: & heſiodo: &
đ ſepulchris aiacis: & mēnonis: & eius auibus
& teutrantis regione: de cameleonte & cico/
niis. xxxxviii.
De bithinia: hānibale: acone pōtu: & acheni/
ſio ſpecu. xxxxviiii.
De pōticis oris. l.
De paphlagonia: & uenetoꝝ origīe. li.
De cappadocia. lii.
De aſſiria & media. liii.
De portis caſpiis. liiii.
De loco nominato Direū. lv.
De oxo flumīe: & bactris: & gētib⁹ circa oxū
& terminiſ liberi patriſ: & herculiſ: & camelo/
rum natura. lvi.
De ſeribus & uellere ſerico: & attagis. lvii.
De gente atrogorum. lviii.
De India. lviiii.
De taprobane inſula. lx.
De itinerario īdico: ſinu pſico & arabico. lxi.
De parthia: & ſepulchro cyri. lxii.
De babyllone: & de recurſu ad oceanū atlan/
ticum: in quo inſulæ gorgades: heſperideſqꝫ:
atqꝫ fortunate. lxiii.

De origine & tēporibus urbis Romæ & men/ſibus & diebus intercalaribus Ca.i.

ſVNT QVI VIDERI VELINT
urbis romæ uocabulum ab Euandro
primum datum: cum oppidū ibi offen
diſſet: quod extructū antea ualentiam dixerat
iuuentus latina: ſeruataqꝫ ſignificatione impo/
ſiti prius nominis Romā græce id eſt ualentiā
nominatā: quā arcades q in excelſa parte mon
tis habitaſſent: deriuatū deinceps ut tutiſſima
urbiuꝫ arces uocarentur. Heraclidi placet tro
ia capta quoſdā ex achiuis in ea loca ubi nunc
roma eſt deueniſſe per tyberim: deinde ſuadē/
te Roma nobiliſſima captiuaꝝ quæ his comes
erat incenſis nauibus poſuiſſe ſedeſ: inſtruxiſſe
mœnia: & oppidū ab ea romā uocauiſſe. Aga
tocles ſcribit Romā non captiuā ut ſupradictū
eſt fuiſſe ſed Aſcanio natam Aeneæ neptē ap
pellationis iſtius cauſam fuiſſe. Traditur etiam
proprium romæ nomē: uerūtamē uetitum pu
blicari qui quidem in quo minus inclareſceret
cerimoniaꝝ arcana ſanſerunt ut hoc pacto no/
titiam eius aboleret fides placitæ taciturnita/
tis. Deniqꝫ Valerius Soranus quod contra in
terdictum id eloqui auſus ſit ob meritum pro/
fanæ uocis neci datus. Inter antiquiſſimas ſane

religiones ſacellũ colitur Angeronæ cui ſacri/
ficat̃ ãte diem xii. Kaleñ. ianuarias: quæ diua
præſul ſilẽtii ipſius prænexo obſignatoq; ore
ſimulacrum habet.

De temporibus urbis conditæ.

a Mbiguitatum quæſtio nos excitauit: ꝙ
quædã ibi multo ante Romulũ condita
ſint. Quippe aram Herculis quam uouerat ſi
amiſſas boues reperiſſet punito Caco patri in/
uentori dicauit: qui Cacus habitauit locum cui
ſaline nomẽ eſt: ubi trigemina nũc porta. Hic
ut Cælius tradit cũ atarchonte thyrrheno ad
quẽ legatus uenerat miſſus Marſiæ regi ſocio
megale phryge cuſtodiæ foret datus. Fruſtra
tus uicula unde uenerat rediit. Præſidiis ãpli
oribus occupato circa uulturnũ & cãpaniã re/
gno dũ rractat etiã ea quæ cõceſſerãt in arca/
dũ iura duce Hercule qui tũc forte aderat op/
preſſuſ ẽ. Megalẽ ſabini receperũt diſciplinã
augurãdi ab eo docti. Suo quoq; numini idem
Hercules ĩſtituit arã: quæ maxima apud põti
fices habetur: cum ſe ex Nicoſtrata Euãdri
matre quæ a uaticinio carmentis dicta eſt im
mortalem comperiſſet. Conſeptum etiam in
tra quod ritus ſacrorum factis bouicidiis do
cuit potitioſ. Sacellum Herculiſ ĩ boario foro
ẽ in quo argumẽta & cõuiuii & maieſtatis ipſius
remanẽt. Nã diuinituſ neq; muſcis illo neq; ca

nibus ĩgreſſus ẽ. Etenĩ cũ uiſceratione̅ ſacrifi/
colis dart muſcaꝝ deus dicit̃ ĩprecatuſ clauã ue
ro ĩ aditu reliq̃ſſe: cuiuſ olfatũ refugerãt caneſ
id uſq; nũc durat. Aedẽ ẽt quæ Saturni ærari
u; fert̃ comites eius cõdiderũt ĩ honorẽ Satur
ni quẽ cultorẽ regiõis illius agnouerũt extitiſ/
ſe. Iidẽ ex mõte capitolinũ ſaturnũ noĩauerunt
caſtelli quoq; quod excitauerãt: portã appella
uerũt ſaturniã quæ poſtmodũ pandana uocita
ta ẽ. Pars ẽt capitolini mõtis ĩfima habitaculũ
Carmẽtæ fuit: ubi & Carmẽtis nũc fanũ eſt: a
qua carmẽtali portæ nomẽ datũ eſt. Palatinũ
nemo dubitauit quin arcades habeat auctorẽs:
a quibus primũ pallãtũ oppidum cõſtitutum:
quod aliq̃diu aborigineſ habitauerũt: & prop
ter ĩcõmodũ uicinæ Paludis quã prætermeãs
thyberis fecerat ꝓfecti rheate poſtmodũ reli/
querũt. Sũt qui uelĩt a balatibus ouiũ mutata
littera: uel a Pale paſtorali dea aut ut Silenus
probat ab Hiperborea Pallãtis filia: quã Her
cules ibi cõpreſſiſſe uiſus eſt nomẽ mõti adop/
tatũ. Sed quãq̃ iſta ſic cõgruãt: palã eſt ꝓpe
ro illi augurio deberi romani nois gloriã. Ma
xime cũ annoꝝ ratio faciat cardinem ueritati.
Nã ut affirmat Varro auctor diligẽtiſſimuſ ro
mã cõdidit Romulus Marte genitus & Rhea
Siluia: uel ut nõnulli Marte & Ilia: dictaq; pri
mũ ẽ roma quadrata ꝙ ad eq̃libriũ foret poſi

ta. Ea icipit a ſilua q̄ ē ī area Apollinis & ad ſu
pciliū ſcalarꝝ Caci hēt terminū ubi tuguriū fuit
Faſtuli. Ibi romulus māſitauit q auſpicato mu
roꝝ fūdamēta iecit duodeuigīti natuſ ānos xi.
Kal. maii hora poſt ſecūdam ante tertiam ſicut
Lutius Tarrutius prodidit mathematicoꝝ no
biliſſimus Ioue ī piſcibus Saturno Venere Mar
te Mercurio in ſcorpione Sole in tauro Luna ī
libra conſtitutis. Et obſeruatum deinceps ne
qua hoſtia parilibus cæderetur ut dies iſte a ſā
guine eſſet puruſ: cuius ſignificationē de partuſ
Iliæ tractam uolunt. Idem Romulus regnauit
annos ſeptem & triginta de cecinnēlibus egit
primum triumphum: & Acroni regi eoꝝ detra
xit ſpolia: quæ Ioui pheretrio primus ſuſpen/
dit: et opima dixit. Rurſū de antennatibus tri
umphauit. De ueiētibus tertio. Apud capreæ
paludem nonis quintilibus apparere non deſi/
nit. Cæteri reges quibus habitauerūt dicemuſ
locis. Tatius in arce ubi nūc eſt ædes Iunonis
monetæ: qui āno quinto ꝙ ingreſſus urbem
fuerat a laurentibus interemptus ſeptima et ui
geſima olympiade hominem exuit. Numa in
colle primū quirinali. Deinde ꝑpter ædem ue
ſtæ ī regia quæ adhuc ita appellat: qui regna
uit annis tribus et quadraginta: ſepultuſ ſub ia
niculo. Tulliuſ hoſtiliuſ ī uelia ubi poſtea deū
penatū ædes facta ē q regnauit annos duos &

trigīta obiit olympiade qnta & trigeſima. An
cus Martius in ſūma ſacra uia ubi ædes larium
eſt qui regnauit ānos quattuor & uigīti: obiit
olympiade pria & quadrageſima. Tarquiniuſ
priſcuſ ad mugoniā portā ſupra ſūmā nouā uiā
q regnauit ānoſ octo & trigīta. Seruiuſ Tulluſ
exqlus ſupra cliuū urbicū q regnauit ānos xlii.
Tarqnius ſupbus & ipē ēt exquiliis ſupra cliuū
pulliū fagutalē lacū q regnauit ānīſ quinqꝫ & ui
gīti. Cicio romā duodecima olympiade placet
cōditā. Pictori octaua. Nepoti Cor. & Lucta/
tio opiniōes Erathoſtenis & Apollodori com
ꝓbātibus olympiadis ſeptimæ āno ſecūdo Pō
ponio attico & M. Tullio olympiadiſ ſextæ an
no tertio. Collatis igit̄ noſtris & græcoꝝ tpi/
bus īuenimus incipiēte olympiade ſeptima ro/
mā cōditā āno poſt iliū captū quadrigēteſimo
tertio: Quippe cartamē olympicū quod Her/
culeſ ī honorē ataui materni Pelopis ediderat ī
termiſſū Iphitus Elæus filius eius inſtaurauit
poſt excidiū troiæ anno quadrigēteſimo octa
uo: Ergo ab Iphito numerat̄ olympias prima
Ita ſex mediis olympiadibus īteriectis quibus
ſingulis āni quaterni iputāt̄ cū ſeptima cœptā
te olympiade roma cōdita ē. Inter exortum ur
bis & troiā captā iure eſſe ānos. ccccxxxiii. cō
ſtat. Huic argumēto illud accedit: ꝙ cū Caius
Pōpeius Gallus & Q. Veranius āno urbis cō

ditæ octingẽteſimo primo fuerũt cõſules. Cõ
ſulatu eoꝝ olympias ſeptĩa & ducẽteſima actis
publicis ãnotata ẽ: Quater ergo multiplicatis
ſex & ducẽtis olympiadibus erũt ãni octigẽti
xxiiii. quibus ſeptimæ olympiadi ãnectẽdus ẽ
unus ãnuſ: ut ĩ ſolidũ colligãtur. Dccccxxv. ãni
Ex qua ſũma detractis quattuor de uiginti an/
nis olympiadũ retro ſex manifeſte ãni. dccc. &
i. reliqui fiẽt. Qua ꝓpter cũ octigẽteſimo pri/
mo ãno urbis cõditæ ducẽteſima ſeptĩa olym/
pias cõputet: par ẽ romã ſeptimæ olympiadis
ãno primo credi cõditã. In qua regnatũ ẽ ãnis
ducẽtis quadragintauno. Decẽuiri creati anno
trecẽteſimo ſecũdo. Primũ punicũ bellũ anno
trecẽteſimo octuageſimo octauo. Secũdũ quin
gẽteſimo trigeſimoquĩto. Tertiũ ſexcẽteſimo
quarto. Sociale ſexcẽteſimo. lxii. ad Hirtiuꝫ &
C. pãſã cõſules ãni. dccx. quoꝝ cõſulatu Cæ/
ſar Auguſtus & coſul creatus ẽ octauũ decimũ
ãnũ agens: q pricipatũ ita ĩgreſſus ẽ: ut uigilã
tia illius nõ mõ ſecuꝝ ueꝝ ẽt tutũ ĩperiũ eſſet.
quod tp̃us ferme ſolũ repertũ ẽ: quo plurimũ
& arma ceſſauerũt: & ĩgenia floruerint: ſcilic&
ne inerti iuſtitia lãgueſcerẽt uirtutis opera bel
lis quieſcẽtibus. Tũc. n. primum curſus annui
perſpecta ratio: quæ a reꝝ origine profũda ca
ligine tegebatur. Nã ante Auguſtum Cæſarẽ
ĩcerto modo ãnum cõputabãt: qui apud ægy

tioſ quattuor mẽſibus terminabatur: apud arca
des tribus: apud arcbãnas ſex: in italia apud la
uinios xiii. quorum ãnus trecentis ſeptuaginta
quattuor diebus ferebatur. Romani in initio
annum decem menſibus computauerunt a mar
tio auſpicãtes: adeo ut eius die prima d' ariſ ue
ſtalibus ignes accenderẽt: mutarent ueteribus
uirides laureas. Senatus populus comitia age/
rent: matronæ ſeruis ſuis cœnas ponerent: ſi/
cuti ſaturnalibuſ domini. Ille ut honore prom/
ptius obſequium prouocarent. Hi quali grati
am repẽſarent perfecti laboris: Maximeqꝫ hũc
menſem principem teſtãtur fuiſſe. Et qui ab
hoc quintus erat quintilis dictus eſt. Deinde
numero decurrente december ſolennem nu
merum finiebat intra diem tricẽteſimum quar
tum. Tunc enim iſte numerus explebat an/
num: ita ut ſex menſes tricenum dierum eſſent
quattuor reliqui tricenis & ſingulis explica/
rent. Sed quoniam ratio illa ante Numam a lu
næ curſu diſcrepabat lunari computatione an
num peræquarunt quinquaginta & uno die ad
iectis: Vt ergo perficerent duodecim menſes
de ſex menſibus prioribus detraxerunt dies ſin
gulos: eoſqꝫ qnquaginta iſtis & uni diebus ad
nexuerũt: factique quinquaginta ſeptem diuiſi
ſũt i duos mẽſes quoꝝ alter. xxix. alter xxviii.

diebus agebat̃. Sic annus habere q̄nq; & quin quaginta & trecẽtos dies cœpit. Poſtmodũ cũ ꝑſpicerẽt temere ãnũ clauſũ ĩtra dies quos ſu pradiximus q̃nq̃uidẽ appareret ſolis meatũ nõ ãte tricẽteſimũ ſexageſimũ quĩtũ diẽ abun dã te ĩſup quadrãtis particula zodiacũ cõficere de curſũ quadrantẽ illum & decẽ dieſ addiderũt. ut ad liquidũ ãnus trecẽtis ſexagintaquinq; di ebus & quadrãte cõſtaret obſeruatiõe imparis numeri: quem Pythagoras monuit præponi ĩ oĩbus oportere: Vnde ꝓpter dies ĩpares diiſ ſuperis & ianuarius dicatuſ. & ꝓpter pares fe bruarius quaſi abominoſus diis ĩferis deputat̃ Cũ itaq; hic definito toto orbe placuiſſet cu ſtodiẽdi quadrãtis gratia a diuerſis gẽtibus ua rie iutercalabat̃: nec unq̃ tñ ad liquidũ fiebat tẽpoꝝ peræquatio. Græci ergo ſingulis ãnis xi. dies & quadrãtem detrãhebãt: eoſq; octies multiplicatos in annũ nouũ reſeruabãt: ut con tractus nonagenarius numerus in tres menſes per tricenos dies ſcideret̃. Qui ãno nono reſti tuti efficiebãt dies quadringẽtos quadraginta quattuor quos emboliſmos uel hyperballõtas nominabãt. Quod cũ initio romani probaſſẽt cõtẽplatione numeri pariliſ offenſione negle ctũ breui perdiderũt tranſlata in ſacerdotes in tercalãdi poteſtate. Qui pleriq; gratificantes rationibus publicanoꝝ pro libidine ſua ſubtra

hebãt tp̃a uel augebãt. Cũ hæc ſi forẽt cõſtitu ta moduſq; ĩtercalãdi ĩterdũ cumulatior ĩminu tiorq; fieret uł oĩo diſſimulatus p̃teriret̃: non nunq; accidebat ut menſes qui fuerãt hyemẽ trãſacti mõ æſtiuũ mõ autunale tp̃uſ inciderẽt Itaq; C. Cæſar uniuerſã hãc icõſtatiã inciſa tẽ poꝝ turbatiõe cõpoſuit. Et ut ſtatũ certũ p̃te ritus error acciperet dies xxi. & quadrãtem ſi mul intercaluit. Quo pacto regradati mẽſeſ de cetero ſtatuta ordinis ſui tp̃a detinerẽt. Ille er go ãnus ſolus trecẽtos xliiii. dies habuit. Alii deinceps trecẽtos ſexagenos quinoſ & quadrã tẽ: & tunc quoq; uitiũ admiſſũ ẽ per ſacerdoteſ Nã cũ p̃ceptũ eſſet ãno quarto ut intercalarẽt unũ diẽ & oporteret cõfecto quarto ãno id ob ſuari ãteq̃ quintus auſpicaretur: illi incipiẽte quarto intercalarunt nõ deſinẽte. Sic per ãnos ſex & xxx. cũ ix. dies tantũ ſufficere debuiſſent xii. ſũt intercalati: quod depræhẽſũ Auguſtus reformauit: iuſſitq; ãnos xii. ſine intercalatiõe decurrere: ut tres illi dies qui ultra. ix. neceſſa rios temere fuerãt intercalati hoc mõ poſſent repẽſari. Ex qua diſciplina oĩm poſtea tp̃oꝝ fũ data rõ ẽ. Veꝝ cũ & hoc & multi alia Auguſti tẽporibuſ dẽant̃: qui pene ſine excẽplis reꝝ po titus ẽ toto et tãta in uita eius ĩueniunt̃ aduer ſa ut nõ ſit facile diſcernere calamitoſior an be atior fuerit: primum ꝙ apud auunculum ĩ peti

tiõe magiſterii eqtũ prælatus ẽ ei Lepidus tri/
bunus cũ quadã auſpicãtiũ cœptoꝝ nota. mox
triũuiratus collegio prægrauatuſ põtate Anto
nii philippẽſiſ inde preſcriptiõis ĩuidia abdica/
tio poſtumi Agrippæ poſt adoptionẽ. Deĩde
deſiderio eius ĩſignis pñtia naufragia ſicula tur
pis ibi ĩ ſpelũca occultatio: ſeditiões militũ plu
rimæ: peruſina cura: detectũ filiæ adulteriũ &
uolũtas paricidalis. Nec minori dedecori nep/
tis ĩfamia incuſatæ: mortes filioꝝ & amiſſis li/
beris ñ ſolũ orbitatis dolor: ſed urbis peſtilen
tia: fames italiæ: bello illyrico ãguſtiæ. rei mi
litaris corpus morbidum: cõtumelioſa diſceſſio
priuigni Neronis: uxoris ẽt & Tiberii cogita/
oñs paꝝ fidæ atq; in hũc modũ plura. huius tñ
ſuprema qĩ lugeret ſæculũ penuria ĩſecuta ẽ fru
gũ oĩm. At ne fortuitũ qđ acciderat uideret ĩ/
minẽtia mala nõ dubiis ſignis apparuerũt: Nã
fauſta qdã ex plebe partu uno edidit quattuor
geminos mars duos: fœminas totidẽ: mõſtru
oſa fæcũditate portẽdẽs futuræ calamitatis in
ditiũ: qꝗuis Trogus auctor affirmat ĩ ægypto
uno utero ſeptenoſ ſimul gigni. quod ibi minuſ
miꝝ cũ fetifero potu nilus ñ tãtũ terraꝝ ſed &
hoim mrña arua fæcũdet. Legimus ſañ Cn. Põ
peiũ Euthichidẽ fœĩnã aſia exhibitã quã cõſta
bat tricies enixã cũ ex eius liberis ĩ theatro pu
blicaſſe. V ñ cõpotẽs hoc loco duco ſuper hoĩs

gñatiõe tractare. Et. n. cũ de aĩalibus quæ di
gna dictu uidebãt ꝓut p̃ria cuiuſq; admonebat
ſimus notaturi iur ab eo potiſſimũ exordiemur
quod reꝝ natura ſenſus inditio & rõiſ capacitaſ
præpoſuit omnibus.

De hoĩe & primũ de mẽſtruis.

d Emocritus phiſicuſ ait mulier ſolũ aĩal mẽ
ſtruale ẽ cuius ꝓfluuia ñ puis ſpectata do
cuñtis inter mõſtrifica merito numerať. Con
tactæ his fruges nõ germinabũt: aceſcẽt mu/
ſta morieť herbæ: amittẽt arbores fœtus: fer
rũ rubigo corripiet: nigreſcẽt æra. Si quid ca/
nes inde ederint in rabiẽ efferabũtur: nocituri
morſibus: quibuſ lymphaticos faciunt parua
hæc ſũt. Bitumẽ ẽ ĩ iudæa quod aſphaltes gi/
gnit lacus adeo lentũ mollitie glutinoſa ut a ſe
neqat ſepari. Eniuero ſi abrũpeř ptẽ uelis uni
uerſitas ſeqť: ſcindiq; ñ põt qm̃ in qꝗtũ ducať
extẽdiť. Sed ubi admota fuerit cruor illo pol/
luta fila diſcerpiť ſpõte: & applicata tabe didu/
ciť pauloañ corpuſ unũ: fitq; de tẽacitate cõne
xa cõtagiõe ptitio ĩpẽtina. hẽt plañ illud ſalu/
tař ſolũ ĩ ſe qđ auertit ſyduſ helenæ pnicioſiſſi
mũ nauigãtibuſ. cæteꝝ ipæ fæĩæ qbuſ munuſ
ẽ neceſſitatiſ huiuſ qꝗdiu ſũt ĩ ſua lege ñ inocẽ
tibuſ ocľiſ cõtuẽť: aſpectu ſpecľa uitiãt: ita ut
hebeteť uiſu fulgõ offeſuſ: & ſolitã æmulati/
onem multus extinctus ſplendor amittat: faci/
eſque obtuſi nitoris quadam caligine nubilet.

Mulieꝶ aliæ ĩ æternũ ſteriles ſũt:aliæ mutatis
cõiugiis exeũt ſterilitatẽ:nõnullæ tãtũ ſemel
pariũt.Quædã aut fœminas aut mares ſẽper
poſt annũ quĩquageſimũ fæcunditas oĩm con/
quieſcit.Nã ĩ ãnũ lxxx.uiri gen̄rãt ſicuti Maſ
ſiniſſa rex mathinaꝶ filiũ.lxx.& ſextũ agẽſ an/
nũ genuit.Cato octogeſimo exacto ex filia Sa
lonis clientis ſui auũ uticenſis Catonis procrea
uit.Cõptũ & illud ẽ ꝙ iter duos cõceptuſ cum
ĩterceſſerit paululũ tẽporis uterq; reſidet.Si/
cut in Hercule & Iphicle appuit fratre eius qui
geſtati eodẽ onere ĩteruallis tñ quibus cõcep/
ti fuerãt nati uidẽtur.Et de Proconiſſia ancilla
quæ e duplici adulterio geminos edidit utrũq;
patri ſuo ſimilẽ.Hic Iphicles Iolaum creat:qui
ſardiniã ingreſſus palãtes ĩcolaꝶ aĩos ad con/
cordiã eblãditus olbiã & alia græca oppida ex
truxit.Iolẽſes ab eo dicti ſepulchro eius tem
plũ addiderunt:quod imitatus uirtutes patrui
malis plurimis ſardiniã liberaſſet. Ante oĩa ſo
bolẽ cogitãtibuſ ſternutatõ poſt coituſ cauẽda
ne prius ſemẽ excutiat ĩpulſus repentinus quã
penetralibuſ ſe mrĩcis ĩſinuet paternus humor
ꝙ ſi nãlis materia hæſerit decĩus a cõceptu di/
es dolore grauidas admonebit.Iã inde incipiet
& capitiſ ĩqetudo & caligine uiſuſ hebetabitur.
ciborum quoq; faſtidiis ſtomachi claudet̃ cupi
do. Cõuẽit ĩter omẽs corda primũ ex uniuerſa

formari carne:eaq; in diem quintũ & ſexageſi/
mũ creſcere diminui autem ex oſſibus ſpinas:
ea ꝑpter capitale eſt:ſi pars alterutra noceat̃
plane ſi corpuſculum in marẽ fugeretur:meli/
or eſt color grauidis & pronior partitudo ute
ri.Deniq; a quadrageſimo die motus alter ſe/
xus nonageſimo primum die palpitat.Et con/
cepta fœmina geſtãtis uultum pallore inficit.
crura quoq; præpendit languida tarditate. In
utroq; ſexu cum capilli germinãt incõmodum
maius eſt.Fitq; plenilunìis auctior ægritudo
quod tempus etiam editis ſemper nocet cum
ſalſiores eſcas edit grauida ũguiculiſ careat par
tus.At cum prope ad uterum liberandum ue/
nerint momẽta maturitatis:enitenti ſpiritũ re
tinere plurimũ cõgruit:quoniã quidem letali
mora oſcitatio ſuſpẽdit puerperia.Cõtra natu
rã eſt in pedes ꝓcedere naſcẽtes:quapropter
uelut ægre pati appellãtur agrippæ.Ita editi
minus proſpere uiuũt:& de uita æuo breuiori
decedũt.Deniq; unũ.M.Agrippã inuenimus
beatũ:nec tñ uſq; eo ĩoffẽſe ut nõ plura aduer
ſa ptulerit ꝙ̃ ſecũda.Nãq; & miſera pedũ uali
tudine:& apto cõiugis adulterio:& aliquot in
fœlicitatis notis retrouerſi ortus omẽ luit.
Fœminis perĩde ẽ ĩfauſta natiuitas:ſi cõcretũ
uirginale fuerit quo pacto genitalia fuere Cor
neliæ:quæ edituſ gracchis oſtẽtũ hoc putauit

ſiniſtro exitu liberoꝝ. Rurſũ necatis matribus
ortus ẽ auſpicatior ſicut Scipio Africanus qui
defũcta parẽte ꝙ exciſo utero in diem uenerat
primuſ romanoꝝ Cæſar dictus ẽ. E geminis ſi
remanẽte altero alter abortiuo fluxu excide-
rit alter qui legittimũ natus eſt uopiſcus noiat̃.
Quidã & cũ dentibuſ procreãtur ut Cn. Papy
rius Carbo & M. Curio dẽtatus ob id cogno-
minatus. Quidã uice dẽtiũ cõtinui oſſis armãt̃
ſoliditate. qualẽ filiũ bythinioꝝ rex Pruſiaſ ha
buit. Ipſũ dẽtium numeꝝ diſcernit qualitas ſe-
xus: cũ ĩ uiris plur̃s ſint ĩ fœminis pauciores.
quos cynodotas uocãt & q̄bus gemini ꝓcedũt
a dextra p̄te fortunæ blãdimẽta ꝓmittũt: q̄buſ
ab leua uerſa uice. Naſcẽtiũ uox prima uagituſ
ẽ. Lætitiæ .n. ſẽſuſ differt̃ ĩ quadrageſimũ diẽ
Itaqꝫ unũ nouimus eadem hora riſiſſe qua erat
natus .ſ. Zoroaſtem: mox optimaꝝ artiũ peri
tiſſimũ. At Craſſuſ auus eiuſ quẽ rapuerũt bel
la p̄thica ꝙ nũq̃ꝫ riſerit agelaſtos cognoiatuſ.
Inter alia ſocratis magna p̄claꝝ illud ẽ ꝙ in eo
dẽ uultuſ tenor̃ ẽt aduerſis ĩterpellãtibus p̄ſti
tit. Heraclituſ & Diogẽs cynicuſ nihil ũq̃ꝫ de
rigor̃ aĩ remiſẽrũt: calcatiſqꝫ turbinibus fortuito
rũ aduerſuſ oẽꝫ dolorẽ & miſericordiã uniformi
durauer̃ ꝓpoſito. Põponiũ poetã cõſularẽ uiꝝ
nũq̃ꝫ ructaſſe hẽt̃ ĩter exẽpla. Antoniũ Druſi
ñ ſpuiſſe p̄celebre ẽ: nõnulloſ accepimuſ enaſci

cõcretis oſſibus: eoſqꝫ neqꝫ ſudare neqꝫ ſitire
cõſueuiſſe qualiſ ſyracuſanuſ fert̃ Lygdamuſ q̄
tertia & trigeſia olympiade primuſ & olympi-
co certaĩe pãcratii coronã r̃portauit: eiuſqꝫ oſ
ſa depræhẽſa ſũt medullas ñ habere: maximã
uirium ſubſtantiam neruoſ facere certiſſimum
eſt: quãtoqꝫ fuerint denſiores: tanto propenſi
us augeſcere firmitatẽ Varro in relatione pro
digioſæ fortitudiſ ãnotauit Tritanũ gladiato
rẽ natura ſamnitem fuiſſe qui & rectis & trãſ-
uerſis neruis non mõ crate pectoris ſed & ma
nibus cancellatis & brachiis omẽs aduerſari-
os leui tactu ac pene ſecuris cõgreſſionibus ui
cerit: eiuſqꝫ filium militem Cn. Pompeiũ pari
modo natum ita ſpreuiſſe hoſtem prouocãtẽ:
ut inermi eum dextra & ſuperaret: & captum
digyto uno in caſtra imperatoris ſui deferret.
Milonem quoqꝫ Crotonienſẽ ferunt egiſſe oĩa
ſupra q̃ꝫ homo ualet: de quo & hoc proditur:
ꝙ ictu nudæ manuſ tauꝝ fecit uictimã eũ ſoli-
dũ qua mactauerat die abſũpſit ſolus nõ graua
ti ſuper hoc nihil dubiũ. Nã factũ eulogiũ ex-
tat. Victor ille oĩm certaminũ quæ obiuit. Sa
ne alectorius tradit̃ q̄ lapis ſpecie chriſtallina
fabæ ĩ modum in galloꝝ uentriculis reperitur
aptus ut dicũt prœliãtibus. Milõ porro priſci
Tarquini tẽporibuſ emicuit. Iam uero qui de-
fluxũ animum referat ad ſimilitudinẽ cãs quã-

ſum artificis naturæ ingenium depræhendet.
Interdum enim ad genus ſpectant: & per ſobo
lem in familias tranſitus faciunt. Sicut plerūq;
paruuli modo neruulos modo cicatrices modo
qualeſcunq; originis ſuæ notas ferūt. Vt in Le
pidis quorum tres interuulſa tamen ſerie ex ea
dem domo obducto mēbrana oculo ſimileſ ge/
niti reperiuntur. Vel in byzantino nobili pugi
le qui cum matrem haberet adulterio ex æthio
pe conceptam qui nihil patri comparādum red
didiſſet: ipſe in æthiopem auum regenerauit.
Sed hoc minus mirū ſi reſpiciamus ad ea quæ
ſpectata ſunt inter externos regem Anthiochū
Archenion quidam ex plebe ſyriatica ſic facie
æmula mentiebatur ut poſtmodum Laodice
uxor regia obiecto populari iſto tam diu diſſi/
mulauerit defunctum maritum quoad ex arbi/
tratu eius regni ſucceſſor ordinaretur. Inter
Cn. Pompeium & C. Iubium humili loco natū
tantus error extitit de paribus liniamentis: ut
romani Iubium Pompei nomine Pompeium Iu
bii uocabulo cognominarent. Oratorem Lutiū
Plancum Rubrius hiſtrio ſic impleuit: ut ipſe
Plācus a populo uocaretur. Armentarius Mir
millo & Caſſiuſ ſeueruſ orator ita ſe mutuo red
diderunt: ut ſi quādo pariter uiderentur digno
ſci non potuerint: niſi diſcrepantiam habitus in/
dicaret. M. Meſſala Cēſorinus & Menogenes

ex fece uulgari hoc fuerūt uterq;: quod ſingu
li: nec alium Meſſalam q̄ Menogenem: nec
Menogenem alium q̄ meſſalam putauerunt.
Piſcator ex Sicilia ꝓconſuli Siriæ præter alia
etiā rictu oris cōparabatur itaq; in eadē uo/
cis impedimenta & tardatæ ſolum ſonum lin/
guæ naturalibus offendiculis congruebant:
Interdum nō modo inter externos: ſed etiam
inter deductos ex diuerſiſſima parte orbis mi/
racula indiſcreti uultus fuere. Deniq; cū An/
tonio iam triūuiro Thoranius quidā eximios
forma pueros uelut geminos tricētis ſexter/
tiis uendidiſſet: quorum alteꝝ de tranſalpina
gallia: alteꝝ ex aſia cōparauerat: adeoq; una
res uiderentur: niſi ſolus ſermo fidē panderet
Atq; ideo ſe Antonius illuſum grauaretur:
nō iſacete Thoranius id uł p̄cipue quod em/
ptor criminabatur pretioſum probauit: neq;
enim mirum ſi forēt pares gemini illud nullis
poſſe taxationibus eſtimari quod tātis ſpatiis
diuerſitas ſeparata pluſq; geminos attuliſſet.
Quo reſponſo adeo Antonius mitigatus eſt:
ut deinceps nihil ſe habere clarius in ſubſtan/
tia ſua iactitaret. Nunc ſi de ipſis hominū for/
mis requiramus: liquido manifeſtabit̄: nihil d
ſe antiquitatē mēdaciter prædicaſſe: ſed cor/
ruptā de generis ſucceſſione ſobolem n̄ri tpis

pernaſcentium detrimenta decus ueteris pul/
chritudinis perdidiſſe. licet ergo plerique dif/
finiant nullum poſſe excedere longitudinem
ſeptem pedum: quod intra hunc modum Her
cules fuerit depræhenſum: ē tamen romanis
temporibus ſub diuo Auguſto puſionem &
ſecundillam denos pedes & amplius habuiſſe
proceritatis quorum reliquiæ adhuc in con/
ditorio Saluſtianorum uidentur. Poſtmo/
dum diuo Claudio principe Gabbaram: nomi
ne ex Arabia aduectum nouem pedum & to/
tidem Vnciarum: ſed ante Auguſtum annis
mille ferme non apparuit forma huiuſmodi ſi/
cut nec poſt Claudium uiſa ē. Quis enī æuo
iſto non minor ſuis parentibus naſcitur. Pri/
ſcorum autem molem teſtantur etiam Hore/
ſtis ſupma cuius oſſa olympiade quinquage/
ſima & octaua Thegeæ inuenta a ſparthanis
oraculo monitis didicimus impleuiſſe longitu
dinem cubitorum ſeptem. Scripta quoq; que
ex antiquitate memoriam accerſerunt ī fidem
ueri hoc etiam receperunt: quod bello cre/
tico cum elata flumina impetu pluſquam ui
amnica terras rupiſſent poſt diſceſſum fluc/
tuum inter plurima humi diſcidia humanum
cadauer repertum cubitorum trium atque
triginta: cuius inſpectandi cupidine Lucium

Flaccum legatum Metellum etiam ipſum im/
petu admodum captos: miraculo quod au/
ditu reſpuerant: oculis potitos. Non omiſe/
rim Salaminæ Euthimenis filium creuiſſe in
triennio tria cubita ſublimitatis: ſed inceſſu
tardum: ſenſu hebetem: robuſta uoce puber/
tate feſtina: ſtatimque obſeſſum morbis plu/
rimis immoderatis ægritudinum ſuppliciis
compēſaſſe præcipitem incrementi celeritatē
Menſuræ ratio bifariam cōuenit. nam quan/
tus manibus expanſis inter digytos longiſſi/
mos modus ē: tantum conſtat eſſe inter cal/
cem & uerticem. Ideoque Phyſici hominem
minorem mūdum iudicauerunt. Parti dextræ
habilior aſcribitur motus. Leuæ firmitas ma/
ior. Vnde altera geſticulationibus promptior
eſt: altera oneri ferundo accommodatior. pu/
doris legem etiam inter defuncta corpora na
tura diſcreuit. At ſi quando cadauera neca/
torum fluctibus euehuntur. Virorum ſupi/
na. prona fluitant fœminarum. Verum iam
ad pernicitatis titulum tranſeamus primam
palmam uelocitatis ladas quidam adeptus
eſt: qui ita ſuper cauum puluerem curſitauit:
ut in harenis pendentibus nulla indicia re/
linqueret ueſtigiorum: Polymneſtor myle/
ſius puer cum a matre locatus eſſet ad

caprarios paſtus ludicro leporē conſecutus ē
& ob id ſtatim productus a gregis dn̄o olym
piade ſexta & quadrageſima ut Bocchuſ auctō
ē uictor in ſtadio meruit coronam. Philippi/
des biduo mille tercēta quadraginta ſtadia ab
athenis lacedæmonē decucurrit Aniſtilacō &
Philonideſ Alexādri magni curſors ab helyn
uſq; Sycionē mille ducenta ſtadia una die trā/
ſierunt. Pompeio Vipſanoq; cōſulibus in Ita/
lia octo annos puer natus quinque & xl. milia
paſſuum a meridie tranſiuit ad ueſperū. Viſu
deinde plurimum potuit Strabo nomine: quē
ſuperſpexiſſe per centum .xxxv. milia paſſuū
Vārro ſignificat: ſolitūq; a Carthagine exeūtē
claſſē punicā numerūq; nauim manifeſtiſſime
e lilibytana ſpecula notare. Cicero tradit ilia/
dam omnē ita ſubtiliter in mēbranis ſcriptam
ut teſta nucis includeret. Callicrates formi/
cas ex ebore ita ſculpſit ut portio earū a cæte/
ris ſecerni nequiuerit. Appollonides perhibz
in ſcythia fœminas naſci: quæ bithiæ uocant
has in oculis pupillas geminas habere: & pe/
rimere uiſu: ſi quē forte iratæ aſpexerint: hæ
ſunt & in ſardinia. De fortitudine.

p Reualuiſſe fortitudine apud Romanos
L. Siciniū dētatū titulorū numeruſ oñdit
tribunus hic plebis fuit ñ multū poſt exactos

reges. Spurio Tarpeio. Aurelio Termo con
ſulibus. Idem ex prouocatione octies uictor
xl. & quinq; habuit aduerſas cicatrices: in ter/
go nullā notā. Spolia tricies ex hoſte & qua/
ter cœpit. In phaleris haſtiſ: puris armillis co
ronis. trecenta. xii. dona meruit. Nouē impe
ratores qui opera eius uicerant triumphantes
pſecutus: poſt hunc. M. Sergius duobus ſti/
pendiis. primo aduerſo corpore: ter & uicies
uulneratus. Secundo ſtipēdio ī prœlio dexte
rā perdidit: qua đ cauſa ferreā ſibi manū fecit
& cū neutra pene idonea ad preliandū ualeret
Vna die quater pugnauit: & uicit: ſiniſtra duo
bus equis eo inſidente cōfoſſis. Ab Hanniba
le bis captus refūgit: cū uiginti menſibus qui/
bus captiuitatis ſortē pferebat: nullo momē/
to ſine cōpedibus fuerit: & catheniſ: omnibus
aſperrimiſ prœliis q̃ tempeſtate illa Romani
expti ſūt: īſignitus donis militaribus a Thra/
ſimēno Trebia Thicinoq; coronas ciuicas re/
tulit. Cannenſi quoq; prœlio đ quo refugiſſe
eximiū opus uirtutis fuit: ſolus accepit coro/
nam. Beatus profecto tot ſuffragiis gloriarū:
niſi heres ī poſteritatis eius ſucceſſione. Cati/
lina tantas eius adhorreas laudes odio dānati
nominis obūbraſſet. Quantū īter milites Si/
cinius aut Sergius tm̄ inter duces immo

(ut uerius dicam) inter oēs homines. Cæſar
dictator enituit huius ductibus. Vndecies cē
tum Nonaginta & duo milia cæſa ſunt hoſtiū
nā quantum bellis ciuilibus fuderit noluit an/
notari. ſignis collatis quinquagies & bis dimi
cauit. M. Marcellum ſolus ſupergreſſus: qui
nouies & tricies pari modo fuerat prœliatus.
Ad hæc nullus celerius ſcripſit. Nemo uelo/
cius legit. Quaternas etiā epiſtolas ſimul di/
ctaſſe perhibet: benignitate adeo p̄ditus: ut
quos armis ſubegerat: clemētia magis uicerit

¶ ca^m de Memo

c Yrrus memoriæ bono claruit: qui in exer
citu cui numeroſiſſimo præfuit: nominatī
ſingulos alloquebatᷓ. Fecit hoc idem in ppl'o
Romano Lutius Scipio. Sed & Cyrrū & Sci
pionem cōſuetudine credam⁹ feciſſe. Cyneas
Pyrri legat⁹ poſtero die q̄ȝ ingreſſus Romā
fuerat: & equeſtrem ordinem & ſenatum pro
prijs nominibus ſalutauit. Rex ponticus Mi/
tridates duabus & uiginti gentibus quib⁹ im/
peritabat: ſine interp̄te iura dixit. Memoriā
& arte fieri palam factum eſt: ſicut Metrodo/
rus philoſophus q tp̄ib⁹ Diogenis Cinici fuit
intātū ſe meditatiōe aſſidua p̄uexit: ut a mul
tis ſimul dicta nō mō ſenſuū ſed ēt uerboꝝ or
dinib⁹ detineret. Nihil tm̄ in homine aut me/
tu aut caſu aut morbo facilius intercipi. ſæpe

p̄ſpectū ē. Qui lapide ictus fuerat accepimus
oblitū litteraꝝ. Meſſalā certe coruinum poſt
ægritudinem quā pertulerat percuſſum: pro/
prij noīs obliuione quālibet alias ei ſenſus ui/
geret. Memoriā metus perimit. contra uocis
interdū ē incitamentum: quam non ſolū acuit
ſed etiam nunq̄ȝ fuerit extorquet. Deniq̄ȝ cū
olympiade quinquageſima uictor Cyrrus in/
traſſet Aſiæ oppidū: Sardas ubi tūc Cræſus
latebat: Athis filius eius mutus: ad id uſq̄ȝ tē
poris in uocem erupit ui timoris. Exclamaſſe
enim dicitur parce patri meo Cyrre: & te ho
minem eſſe uel caſibus diſce noſtris.

¶ 6^m ca^m de moribus

t Ractare d̄ moribus ſupereſt: quoꝝ excel
lētia maxime in duobuſ enituit. Cato prin
ceps portiæ gentis ſenator optimuſ: optimus
imperatō: orator optimus. Cauſam tm̄ quadri
geiſ & quater dixit. diuerſis odiorū ſimultati/
bus appetitus ſemper abſolutus. V n̄ Scipiōis
Emiliani laus p̄pēſior: qui p̄ter bona quibus
Cato clarus fuit: etiā publico amore p̄ceſſit.
Vir optimus Naſica: Scipio iudicatus ē: n̄ pri
uato tm̄ teſtimonio: ſed totius ſenatus ſacra/
mēto. quippe quo inuētus dignior n̄ fuit: cui
p̄cipue r̄ligionis crederetur miniſterium cum
oraculum moneret accerſi deum ſacra matris
peſinunticæ.

G · [illegible] eloquentia

p Lurimi ĩter Romanoſ eloq̃ntia floruerũt
ſed hoc bonũ hæreditarium nunq̃ fuit:
niſi ĩ familia curionũ: ĩ qua tres ſerie continua
oratores fuere. Magnum hoc habitum ē ſane
hoc ſeculo: quo facundiam præcipue & huma
na & diuina mirata ſunt. Quippe tũc percuſ/
ſores Archilochi poetæ Appollo prodidit:
& latronũ facinus deo coarguente detectũ ē.
Cumq; Lyſander lacedæmonius Athenas ob
ſideret: ubi Sophoclis tragici inhumatũ corp⁹
iacebat: idẽtidẽ liber pater ducẽ monuit per
quietem: ut ſepeliri delitias ſuas ſineret. Nec
prius deſtitit q̃ Lyſander cognito quis obiiſ/
ſet diẽ & quid a numine poſceret̃ inducias bel
lo daret uſq; dum congrue ſuppremis talibus
exequie ducerentur: pindaꝝ Liricum eo con/
uiuii loco cui imminebat ruina: ne cum cæte/
ris interiret forinſecus eũ caſtor & pollux uo
cauerunt: inſpectantibus uniuerſis. Quo effe
ctum ē ut ſolus impendens periculum euade/
ret. Numerandus poſt deos. Cn. pompeius
magnus intraturus poſſidonii domũ clariſſimi
tunc ſapientiæ profeſſoris percuti ex more
a lictore uetuit fores: ſummiſſisque faſcibus
quamlibet cõfecto mitridatico bello: & orien
tis uictor: ſententia propria ceſſit ianue litte/
rarum. Africanus prior. Q. ennii ſtatuã im/
poni ſepulchro ſuo iuſſit. Vticenſis Cato unũ
ex tribunatu militum philoſophum. alium ex
Cipria legatiõe Romã aduexit profeſſus plu
rimũ ſe eo factu ſenatui & populo Ro. contu/
liſſe quãuis proauus eius ſæpiſſime cenſuiſſ;
græcos urbe pellendos. Dionyſius tyrannus
uittatã nauẽ Platoni obuiã miſit. Ipſe cũ albis
quadrigis egredientẽ e littore occurrens ho/
noratus ē. ꝑfectã prudentiã ſoli Socrati ora/
culũ delphicũ adiudicauit: pietatis documẽtũ
nobilius quidẽ in Metelloꝝ domo refulſit. ſ;
eminentiſſimũ plebia puerpa reperit̃ humilis
hæc atq; ideo famæ obſcurioris cũ ad patrem
qui ſupplicii cauſa clauſtris penalibus contine
bat̃ ægre obtinuiſſet ingreſſum: exquiſita ſæ
pius a ianitoribus ne forte parẽti cibũ ſummi/
niſtraret: alere eũ uberibus ſuis deprehenſa ē
Quæ res: & factũ & locũ cõſecrauit. Nã qui
morti deſtinabat̃ donatus filiæ in memoriam
tãti p̃conii reſeruatus ē locus dicatus ſuo noĩ
pietatis Sacellũ fuit. Nauis phrigia gerula ſa/
croꝝ dũ ſequit̃ uictas caſtitatis cõtulit claudie
principatũ pudicitiæ. At Sulpitia patriculei fi
lia. M. Fuluii flacci uxor cẽſura omniũ matro
naꝝ e cẽtũ probatiſſimis haud temeĩ electa ē
q̃ ſimulachꝝ Veneris ut Sibyllini libri mone
bãt dedicarat. Quod attinet ad titulũ fœlici/

tatis. nec dū repertus eſt: q fœlix cenſeri iure
debuerit. Namq̃ Cornelius Sylla dict⁹ poti⁹
eſt q̃ fuit fœlix. Solū certe beatum Cortina
Aglauum iudicauit q in anguſtiſſimo Arcadie
angulo pauperis ſoli dominus nunq̃ egreſſus
paterni ceſpitis terminos inuenit.

De Italia & eius antiquitate.

d E homine ſatis dictū habeo. Nunc ut ad
dſtinatum reuertamur: ad locoꝝ comme
moratione ſtilus dirigēdus ē. Atq̃ ideo prin
cipaliter in italiā: cuius decus iam urbe conti/
gimuſ. Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta
eſt: præcipue a. M. Catone: ut iam inueniri ñ
poſſit quod non ueterꝝ preſumpſerit diligen/
tia: largiter ĩ laude excellentis terræ materia
ſuppetente. Dum ſcriptoreſ præſtantiſſimi re
putant locoꝝ ſalubritatem: cæli temperiem:
Vbertatem ſoli: Aprica colliū: Opaca nemo/
rum: innoxios ſaltus: uitium oleaꝝq̃ ꝓuen/
tus: nobilia pecuaria: tot amnes: lacus tātos:
bifera uiolaria. Inter hæc ueſeuum flagrantis
anime ſpiritu uaporantem. tepentibus fonti/
bus Baias. Colonias tam frequentes: tā aſſi/
duam nouaꝝ urbium gratiam: tam clarum de/
cus ueterꝝ oppidoꝝ: quæ primo aborigines:
Arunci: Pelaſgi: Archades: Siculi: totius po/
ſtremo Græciæ aduene. Et ĩ ſumma: Victo/
res Romani cōdiderunt. Ad hæc littoꝝ por/
tuoſa: oraſq̃ patētibus Gremiis cōmertio or
bis accōmodatas. Verum ne ꝓrius intacta ui
deatᷣ ĩ ea q̃ minus trita ſunt animuꝫ intendere
haud abſurdū uidetᷣ: & partius depaſta: leuib⁹
ueſtigiis inuiare. Nā qs ignorat uel dictā uel
conditā a Iano Ianiculuꝫ. a Saturno latiū atq̃
Saturniā. a Danae ardeā. a comitibus Hercu
lis policlem. ab ipſo ĩ cāpania Pōpeios qa ui/
ctor ex hyſpania pompā boum duxerat. In li/
guria quoq̃ lapidarios cāpoſ: q̄ Ione eo dimi
cante credūtᷣ ſaxa pluiſſe. Regionē Ionicā ab
Ione Naulochi filia: quā ꝓcaciter inſidentem
uias Hercules interemit: ut ferūt. Archippę/
nā a reſa rege: Lydoꝝq̃ hiatu terræ hauſtum
diſſolutū ē ĩ lacū fucinū. ab Iaſone tēplū Iuno
nis argiuæ. a Pelopidis piſas. a Cleolao Mi/
nonis filio dannios: Iapigis a Iapige dedali fi
lio. Tyrrenos a Tyrreno Lydiæ rege. Corā
a dardanis. Argillā a pelaſgis: q primi in latiū
lr̃as intulerunt. ab Faleſo argiuo Phaliſcam. a
Phalerio argiuo Phalerios. Feſcēninū quoq̃
ab argiuis portum porthenium a Focenſi/
bus. Thybur: ſicut Cato facit teſtimonium: a
Catillo Archade præfecto claſſis Euandri:
ſicut Sextius: ab argiua iuuentute. Catil/
lus enim Amphiarei filius: poſt prodigia/

lem patris apud Thebas interitum. Tidei aul
iuſſu cum omni fœtu uel ſacro miſſus: tres li-
beros in Italia procreauit: Thiburtum coram
& Catillum: qui depulſis ex oppido Siciliæ ue
teribus Sicanis: a nomine Thiburti fratris na
tu maximi urbem uocauerũt. Mox in Brutiis
ab Vlixe extructum templum Mineruæ. In-
ſula lincea appellata: abiecto ibi corpore ſire-
nis: ita nominatæ. Parthenopis a Partheno-
pe ſirenis ſepulchro: quam Auguſtus poſtea
Neapolim eẽ maluit. Preneſte (ut Zenodo-
tus refert) a Preneſtene Vlixis nepote Lati-
ni filio: aut ut Preneſtini ſonant libri: a Cecu-
lo quem iuxta ignes fortuitoſ inuenerunt (ut
fama ẽ) Digidiorum ſorores: Notũ ẽ A phi-
loctete petiliam conſtitutaꝫ. Arpos & Bene-
uẽtum a Diomede. Patauium ab Anthenore
Methapontum a Piliis. Scillatium ab Athe-
nienſibus. Sibarini a trizeniis: & a ſagari aia-
cis locri filio. Salẽtinos a liciis. Anconã a ſi-
culis. Gabios a galacto & bio ſiculis fratribus
ab heraclidis Tarẽtũ. Inſulã tẽſã ab Ionibuſ.
Peſtũ a Dorẽſibus. a Miſcelo Acheo Croto-
nã. Rhegiũ a Calcidẽſibuſ. Caulonã & Teri-
nã a Crotoniẽſibus. A naritiis locros. Here-
trũ a grẽcis ĩ honorẽ here (ſic. n. Iunonẽ gre-
ci uocãt) : paritiã ab Archilocho ſicl'o. Vñ &

nomẽ ut Caſſio Heminæ placet tractũ: hoc ĩ
loco Horeſtes oraculo monitus ſimulacꝝ ſcy
thicæ dianæ quod de Taurica extulerat prius
ꝗ Argos peteret conſecrauit. a zancleis me-
thauꝝ locatũ. a Locrenſibus Methapontum
quod nunc Iubo dicit̃: Bocus abſoluit gallorũ
ueteꝝ propaginẽ Vmbros eẽ. M. Antonius
aſſeuerat hos eoſdẽ: quod tpe aquoſæ cladis
imbribus ſuperfuerunt. Vmbros græce no-
minatos. Liciniano placet a Meſappo græco
Meſappiæ datã originẽ: uerſam poſtmodum
in nomen Calabriæ: quã ĩ exordio Enotri fra
ter Peucetius Peucetiã nominauerat. par ſen
tentia ẽ inter auctoreſ. a Gubernatore Eneæ
appellatũ palinuꝝ. a Tubicine Miſeno Miſe-
nũ. a cõſobrina Leucaſiã ĩſulam. Inter omnes
perſpicua cõuenit a nutrice Caieta Caietã. ab
uxore Lauinia Lauinũ eẽ nuncupatum: quod
poſt Troiæ excidiũ ſicuti Cuſſonius perhibet
quarto anno extructũ ẽ. Nec omiſſũ ſit æneã
æſtate ab ilio capto ſecũda italicis littoribus
appulſum ut Hemina tradit: ſociis nõ ampliuſ
ſexcentis ĩ agro Laurenti poſuiſſe caſtra. Vbi
dum ſimulacꝝ quod ſecuꝫ ex Sicilia aduexerat
dedicat. Veneri matri: quæ Aphroditis dicit̃
a Diomede palladium ſuſcipit: tribuſque mox
annis cũ latino ĩgnat: ſocia poteſtate ꝗngẽtis

fugeribus ab eo acceptis. Quo defuncto ſum/
mā biennio adeptus apud numicum apparere
deſinit: Anno ſeptimo patriſq; īdigetis ei no/
men datum. Deinde cōſtitutæ ab Aſcanio lō
ga alba: Fidenæ: Antiū Nola a tyriis. ab Eu/
boenſibus Cumæ ibidem Sibylle ſacellum ē:
eius que rebus Romāis quīquageſima olym
piade interfuit cuiuſq; libr; ad Corneliū uſq;
Syllā pōtifices nr̄i cōſulebant. tūc. n. una cū
Capitolio igni abſumptus ē. Nā prioreſ duoſ
Tarquinio ſuperbo partius pretium offeren/
te quā poſtulabatur ipſa exuſſerat: Cuius ſe/
pulchr; in Sicilia adhuc manet. Delphicam āt
Sibyllam ante troiana bella uaticinatam: Bo/
cus perhib;: cuius plurimos uerſus operi ſuo
Homer; inſeruiſſe manifeſtat hanc heriphilē
Erithræa annis aliquot intercedentibus inſe/
cuta ē Sibylla: quæ appellata ē de ſcientie pa
rilitate: quæ īter alia magnifica lesbios amiſ/
ſuros īperium maris multo ante præmonuit:
q; id accideret. Item cumanā tertiam fuiſſe.
poſt haſ loco ipſa æui ſeries ꝓbat. Ergo Ita/
lia in qua latium antiquum antea a tiberinis
hoſtiis aduſque lyrim amnem ptinebat. Vni/
uerſa cōſurgit a iugis alpium porrecta ad rhe/
ginum uerticem & littora brutiorum: quo in
mare meridiem uerſus protendit. Inde ꝓce/

dens paulatim ſe apennini montis dorſo attol
lit extenſa inter tuſcum & hadriaticum. ideſt
inter ſuperum mare & inferum: ſimilis quer/
no folio ſcilicet longitudine amplior q; latitu
dine. Vbi longius proceſſit in cornua duo ſcin
ditur: quorum alter; Ionium ſpectat æquor.
alterum ſiculum: Inter quas prominentias nō
uno margine acceſſum inſinuati freti recipit:
ſed linguis proiectis ſæpius a procurrentibus
diſtinctū promontoriis pelagus admittit. Ibi
ut ouias ſparſi; notemus Arces tarētine Scyl
lacea regio cum Scylleo oppido & Crathi flu
mine Scylle patre ut uetuſtas fabulata ē Rhe
gini ſaltus. Peſtanæ ualles. Sirenum ſaxa.
Amæniſſimus Campaniæ tractus. Phlegæi
campi. Circæ domus. Circeum inſula ante cir
cumflua īmenſo mari nunc æuo nitente addi/
ta cōtinenti: diuerſamq; fortunam a rheginis
experta: quos fretum medium a Siculis ui ab/
ſcidit. Formiæ etiam leſtrigonibus habitatæ
Multa præterea pollentiſſimis ingeniis edi/
ſerta quæ præterire: q; īferius exequi tutius
duximus. Ver; Italiæ lōgitudo quæ ab augu
ſta prætoria per urbem capuamq; porrigitur
uſque ad oppidum rhegium decies centena
& uiginti milia paſſuum colligit. latitudo ubi
plurimum. cccc. x. Vbi minimum. c. xxx/

vi.milia. Arctiſſima ē ad portū quē Hāniba/
lis caſtra dicunt:neq3.n.excedit quadragin/
ta milia. Vmblicum ut Varro tradit in agro
rheatino habet. At ſolidum ſpatium circuitus
uniuerſi uicies quadrageſies nouies centena
ſunt:ī quo ābitu aduerſa locrēſiū frōte ortus
a gadibus finiē Europe ſinus primuſ. Nā ſe/
cundus a Lacinio auſpicatus in agro ceranio
metas habet. Ad hæc Italia pado clara ē:quē
mons Veſulus ſuperantiſſimus īter iuga alpiū
gremio ſuo fundit. Viſenno fonte in lygurꝝ fi
nibus:uñ ſe primū padus proruit ſubmerſus
q3 cuniculo rurſus in agro uibonenſi extollit.
Nulli amniū inferiō claritate. A grecis dictuſ
Eridanus. Intumeſcit exortu canis tabefactis
niuibus & liquentibus brumæ pruinis:auc/
tuſq3 aquarꝝ agminibus.xxx. flumina in adria
ticū ďfert mare. Eſt.E. memorabilibus incly
tū & inſignitū per omniū ora uulgatū quod ꝑ
paucæ familiæ ſunt in agro Phaliſcorꝝ:quos
Hirpos uocant. Hi ſacrificiū annuū ad montē
ſoractem Apollini faciunt:id q3 operantes ge
ſticulationibus religioſis impune inſultant ar
dētibus lignorꝝ ſtruibus ī honorē diuinæ rei
flāmis ꝑcentibus:cuius deuotionis myſteriū
munificētia ſenatuſ cōſ. honorata Hirpis ꝑpe
tuo omniū munerꝝ uacationē dedit. Gentem

marſorꝝ a ſerpētibus illeſā eſſe mihil mirꝝ a Cir
ces filio hi genus ducunt:& de auita potentia
deberi ſibi ſciunt ſeruitium uenenorꝝ:ideoq3 ue
nena contēpnunt. C. Cælius Oete tres filias
Angitiam Medeam & Circen dicit. Circen cir
ceos inſediſſe montes carminum maleficiis uari
as imaginum facies mentientem. Angitiam ui/
cina fucino loca occupauiſſe:ibiq3 ſalubri ſcien/
tia aduerſus morbos reſiſtentem cū deſiſſet ho
minem uiuere:deā habitā:Medeam ab Iaſone
butroti ſepultam:filiūq3 eius marſis imperaſſe
Sed q̄uis italia habeat hoc præſidium familia
re:a ſerpentibus nō penitus libera eſt. Deniq3
habitatores ab amyclis quas antea amycleis
græci cōdiderunt ſerpentes fugauere. Illic fre
quenſ uipera inſanabili morſu. Breuior hæc cæ
teris q̄ in aliis aduertimus orbis partibus:ac
propterea dum deſpectui eſt faciliuſ nocet. Ca
labria chelīdriis frequentiſſima eſt:& boam gi
gnit:quem āguem ad immenſā molem ferunt
ſed coaleſcere. Captat primo greges bubalos
& quæ plurimo lacte rigua bos eſt:eius ſe ube
ribus innectit:ſuctuq3 continuo ſaginata lōgo
in ſæculo ita celebri ſatietate ultima extubera
tur ut obſiſtere magnitudini eius nulla uis ua/
leat. Poſtremo q3 depopulatis animantibus re/
giones quas obſederit ad uaſtitatem cogit. Di
di

uo Claudio principe in loco ubi uaticanns ager eſt in aluo occiſæ boæ ſpectatuſ ē ſolidus īfāſ. Italia lupos habet qui cæteris ſimiles nō ſint: Homo quem prius uiderit conticeſſit: & anticipatus obtutu aſpectus nocētis lic& clamandi uoluntatem habeat: non habet uocis miniſterium. Sciēs de lupis multa prætereo. Spectatiſſimum illud ē ꝙ caudæ animalis huius uillus amatorius ineſt perexiguus: quem præſentaneo damno abiicit cū capi metuit: nec habet potentiā niſi uiuenti detrahatur. Coeūt lupi toto anno non amplius dies xii.. Veſcuntur in fame terra. At hi quos ceruarios dicimus q̃uis poſt longa ieiunia repertas ægre carnes māde ceperint. Vbi quid caſu reſpiciant obliuiſcūtur: & immemoreſ præſentis copiæ eunt quæ ſitum quam reliquerunt ſatietatem. In hoc animalium genere numerantur & linces: quarum urinas coire in duriciem precioſi calculi fatenē qui naturas lapidum exquiſitius ſūt perſecuti. Iſtud etiam ipſas linces perſentiſcere hoc documento probatur ꝙ egeſtum licorem ilico harenaꝝ cumulis quantum ualent contegunt inuidia ſcilicet ne talis egeries tranſeat in noſtrum uſū ut Theophraſtuſ perhibet. Lapidi iſti ſucini color eſt pariter ſpiritu attrahit propīquātia: dolores renum ſedat: medetur regio mor

bo. Lygurium græce dicitur. Cicadæ apud reginos mutæ: nec uſq̃ alibi quod ſilētium miraculo eſt: nec immerito cum uicinæ quae ſūt locrenſium ultra cæteras ſonitent. Cauſas Granius tradit: cum obmurmurarent illic Hercule quieſcente deum iuſſiſſe ne ſtreperent. Ita ꝙ ex eo cœptum ſilentium permanere. Liguſticum mare frutices procreat: qui quātiſper fuerint ī quaꝝ profundis fluxi ſunt tactu prope carnulēto. Deīde ubi in ſupra attollūtur naturalibuſ ſaxis derogati lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis ſed & color uertitur. Nam puniceo ꝑtinus erubeſcunt. Ramuli ſunt quales arborū uiſimus ad ſemipedem frequentius longos: rarum eſt pedaneos deprehendi. Excuduntur ex illis multa geſtamina. Habet enim ut Zoroaſtes ait materies hæc quandam poteſtatem. Ac propterea quicquid inde fit habetur inter ſalutaria. Coralium alias dicunt. Nā Metrodorus gorgiam nominat: id eſt quod reſiſtat typhonibus & fulminibus affirmat. Eruitur gemma in parte lucaniæ facie adeo iucunda: ut languentes intrinſecus ſtellas & ſub nubilo renitentes croceus color perfundat. Ea quoniam in littore ſyrtium inuenta primo eſt ſyrtites uocatur. Eſt & ueintania gemma a loco dicta cui nigri coloris ſuperficies pro

pria :quam ad gratiam uarietatis albi limiteſ
interſecant uenis candidantibus. Inſula quæ
apuliæ oram uidet tumulo ac delubro Diome
dis inſignis eſt: & diomedeas aues ſola nutrit
Nam hoc genus alitis præterq̃ ibi nuſq̃ gen
tium eſt: idq̃ ſolum poterat memorabile iudi/
cari niſi accederent non omittenda forma illis
peneque fulicis color candidus: ignei oculi ora
dentata: congregatæ uolitant: nec ſine ratione
pergendi duces duæ ſunt quæ regunt curſum.
Altera agmen anteit. altera inſequitur. Illa ut
ductu certum iter dirigat. hæc ut inſtātia urge
at tarditatem. Hæc in meantibus diſciplina eſt
cum fœtificum adeſt tempus: roſtro ſcrobes
excauant. Deinde ſurculis inuerſum ſuppoſitis
ĩmitantur texta cratium ſic contegunt ſubter
cauata: & ne operimenta deſint ſi forte lignorū
cauſa uenti auferant: hanc ſtruem comprimunt
terra quam egeſſerant cum puteos excitaſſēt.
Sic nidos moliuntur biformi acceſſu nec fortui
tu adeo ut ad plagas cæli metentur exitus uel
ingreſſus. Aditus qui dimittit ad paſtus ĩ ortū
deſtinatˀ: qui excipit reuertētes uerſus occaſū
ē ut lux & morātes excitet: & receptui nō de/
negetˀ. Leuaturæ aluū aduerſis flatibus ſubuo
lāt: q̄bus pluuies lōgius auferatˀ. Iudicāt inter
aduenas. Qui græcus eſt propius accedūt &

quantū intelligi datur: uelut ciui blandius adu
lantur. Si quis erit gentis alterius inuolant
& impugnāt. Aedem ſacram omĩ die celebrāt
ſtudio eiuſmodi. Aquis imbuūt plumas: aliſq̃
impendio madefactis confluunt rorulente. Ita
ædem excuſſo humore purificant. Tunc pen/
nuliſ ſuperplaudunt. Inde diſcedunt quaſi per/
acta religione. Ob hoc credunt Diomedis ſo/
cios aues factos. Sane ante aduentum Aetho/
lii ducis nomen diomedeæ nō habebant. Inde
ſic dictæ ſunt. Italicus excurſus per liburnos
quæ gens aſiatica eſt procedit in dalmatiæ pe/
dem. Dalmatia in limitem illyricum: ĩ quo ſinu
dardani ſedes habent: homines ex troiana pro
ſapia in mores barbaros efferati. At ex altera
parte per ligurum oram in narbonēſem prouĩ
tiam pergit: in qua phocenſes quondam fugati
perſarum aduētu maſſiliam urbem olympiade
quadrageſimaquinta condiderunt. Et C. Mari
us bello cymbrico factis manu foſſis inuitauit
mare: pernicioſamq̃ feruentis rhodani nauiga
tionem temperauit. Qui amnis præcipitatus
alpibus primum per heluetios ruit: occurſanti
um aquarum agmina ſecum trahens: auctuſq̃
magno ipſo quod inuadit freto turbulentior:
niſi q̄ fretum uentis excitatur. Rhodanus ſæ
uit: & cum ſerenus eſt atq̃ ideo inter tres eu/

ropæ maximos fluuios & hūc cōputāt. Aquæ
quoq; ſextiæ eo loco claruerunt: quondam hi-
berna conſulis: poſtea exculta mœnibus. Qua
rum calor olim acrior exhalatus per tempora
euaporauit: nec iā par eſt famæ priori. Si græ-
cos cogitemus præſtat reſpicere littus tarenti
num. Vnde a promontorio quod acromaphy-
giam uocant. Achaiam curſum deſtinantibus
citiſſima nauigatio eſt.

9. cap. De inſulis & primum de corſica
& cathochite lapide.

f Lectēdus hinc ſtilus eſt: Terrarū uocāt alia
& lōgū eſt ut moratim īſularū oīum oras le-
gamuſ: quaſcūq; promōtoria italica proſpectāt
q̄uis ſparſæ receſſibus amœniſſimis & quodā
naturæ quaſi ſpectacl'o expoſitæ nō erāt omit
tendæ. Sed q̄tum reſidēdum eſt ſi dilatis qua
præcipua ſunt per quandam deſidiam aut pan-
datheriam aut prochytam dicamus aut ferri fe
racem iluam aut caprariam quam græci ægilō
dicunt: aut planaſiam de facie ſupinitatis ſic uo
catam: uel ab Vlyxis erroribus: uel colūbariā
auiū huius noīs matrem: uel itaceſiam Vlyxis
ut ꝓditur ſpecula: uel ennariā inarymē ab Ho
mero nominatam: aliaſq; nō ſecus lætas. inter
quas corſicam plurimi in dicendo latius circum
uecti pleniſſima narrandi abſoluerūt diligentia

nihilque omiſſum quod retractari non ſit ſu-
peruacuum: ut exordium incolæ ligures dede-
rūt: ut oppida ibi extructa ſint: ut colonias ibi
deduxerunt Marius & ſylla: ut ipſa liguſtici ſi-
nus æquor alluat. Sed hæc faceſſant alii. Verū
ager corſicanus quod in eo agro ſolus edit uni
cum eſt quem cathochitem lapidem uocant: fa
tu digniſſimum. Maior eſt cæteris qui ad orna
tum deſtinantur: nec tā gemma q̄ cautes. Idē
impoſitas manus detinet: ita ſeiunctis corpori
bus ānectens: ut cum ipſis hæreat a quibus tā
gitur. Sed ei ineſt uellus uelut de glutino len-
tiore neſcio quid parat gūmi. Accepimus De-
mocritū abderitē oſtētatiōe ſcrupuli huius fre
quēter uſū ad ꝓbādā occultā naturæ potētiā
in certaminibus quæ contra magos habuit.

10. cap. Sardinia de ſolifuga & hær
ba ſardinica.

ſ Ardinia quoq; quā apud Timeum ſandalio
tin legimuſ: apud Cryſippū ichnuſā in quo
mari ſita ſit: quos incolarū auctores habeat ſa-
tiſ celebre eſt. Nihil ergo attinet dicere ut Sar
dus ab Hercule & Norax a Mercurio procrea
ti. Cū alter a libya: alter ab uſq; tardeſſo hiſpa
niæ in hoſce fiñſ ꝑmeauiſſent: a Sardo terræ a
Norace oppido nomē datū. Mox Ariſteū rḡnā
do his ꝓximū ī urbe corali quā cōdiderat ipſe

cōiūcto populo utriuſqꝫ ſanguinis ſeiuges uſqꝫ ad ſegētes ad unum morem coniugaſſe imperium ex inſolentia nihil aſpnatas. Sed & hic Ariſteus Iolaum creat: qui ad id locoꝝ agros ibi ī ſedit. Prætetea & ilienſes & locrenſes tranſeamus. Sardinia eſt quidem abſque ſerpentibus. Sed quid aliis locis ſerpens hoc ſolifuga Sardois agris: animal perexiguum ꝗ̃ araneæ forma Solifuga dicta ꝙ diem fugiat. In metalliſ argētariis plurima eſt: nam ſolum illud argento diues eſt. Occultim repetat: & per imprudentiā ſuperſedentibus peſtem facit. Huic incommodo accedit & hærba ſardonia quæ inde fluuiis fontaneiſ prouenit iuſto largior: Ea ſi edulio fuerit: ueſcentibuſ neruos contrahit: rictu ora deducit: ut qui mortem oppetunt uelut ridentiuꝫ facie intereant. Contra quicquid aquarum eſt uarie commodis ſeruit: Stagna piſculentiſſima hybernæ pluuiæ in æſtiuam penuriam reſeruantur. Nam homo ſardus opem plurimā de himbrido cælo habet hoc collectaneum depaſcitur ut ſufficiat uſui ubi defecerint ſcaturigiñs quæ ad uictum uſurpari ſolent. Fontes ſane calidi & ſalubres aliquot locis efferueſcunt: q medelaſ afferunt: aut ſolidant oſſa fracta: aut moliunt: aut abolent a ſolifugis inſertum uenenum aut etiam ocularias diſſipāt ægritudines. Sed

¶ II. cap

qui oculis medentur: & coarguendis ualent furibus Nam quiſquis ſacramento raptum negat lumina aquis obtrectat. Vbi periurium non ē: cernitur clariuſ. Si perfidia abnuit detegitur facinus cæcitate & captus oculis admiſſum tenebris fatetur.

¶ II. cap De Sicilia in ea ſoli & aquaꝝ memorabilia: & de achate lapide.

S I reſpiciamus ad ordinem temporum uel locorum poſt ſardiniam res uocant ſiculæ. Primo ꝙ utraqꝫ inſula in romanum arbitrium redacta his quidem temporibus facta prouintia eſt. Cum eodem anno ſardiniam M. Valerius: alteram C. Flaminius prætor ſortiti ſunt. Adde ꝙ freto ſiculo excipitur nomē ſardoi maris. Ergo ſicilia ꝙ cum primiſ aſſignandum eſt diffuſis promontoriis triquadra ſpecie figuratur. Pachinus aſpectus in peloponenſiū & meridianā plagam dirigit. Pelorus aduerſa ueſpero italiam uidet. Lilybeus in africam extenditur: Inter quæ pelorias præſtat temperie ſoli prædicata. quod neqꝫ humido in lutum diluatꝰ neqꝫ fatiſcat in puluerē ſiccitate. Ea ubi ītrorſū recedit: & ī latitudinē pāditur tres lacus obtinet. Quoꝝ unus ꝙ piſciū copioſus eſt: non eqdē ad miraculū duxerī: ſed ꝙ ei ꝓximaſ cōdenſis arbuſtis īter uirgultoꝝ opaca feras nutriat

& admiſſis uenantibus per terrenos tramites q
bus pedeſtres acceſſus excipit duplicem piſcan
di uenandiq; præbeat uoluptatem. Inter me
morabilia numeratur: tertium ara ſacrū appro
bat: quæ in medio ſita breuia diuidit a profun/
dis: qua ad eam pergitur crurum tenus perue/
nitur aqua. Quod ultra eſt nec explorari licet
nec attingi: & ſi fiat qui id auſus ſit malo plecti
tur: quantamq; ſui partem ingurgitauerit: tan/
tam it perditum. Ferunt quendam ī hæc ultra
q̄ longiſſimam poterat iecīſſe lineam, eam ut
recuperaret dum merſo brachio niſum adiuuat
cadauer manum factam. Peloritana ora habita
tur colonia taurominia: quam priſci naxum uo
cabant. Oppidum Meſſana rhegio italiæque
oppoſitum eſt. Quod rhegium a dehiſcendi ar
gumento græci dictitabant. Pachinum finis
& omnibus marinantibus piſculentiſſimum.
Pachino multa tynnorum ineſt copia: ac prop/
terea ſemper captura larga. Lilybitano lilybe/
um oppidum decus eſt. Sybillæ ſepulchro. Si
caniæ diu ante troiana bella Sicanus rex nomē
dedit: aduectus cum ampliſſima iberorum ma/
nu. Poſt Siculus Neptuni filius. In hac pluri/
mi corinthiorum: argiuorum: ilienſium dorien
ſium: cretenſium confluxerunt. Inter quos &
Dedalus frabricæ artis magiſter. Principem

urbium ſyracuſas habet: in qua etiam cum hi/
berna uertilantur ſerena nullo non die ſol eſt.
Adde ꝙ arethuſa fons in hac urbe eſt. Eminet
montibus ætna & erice. Vulcano ætna ſacer ē
erix Veneri. In ætnæ uertice hiatus duo ſūt:
crateres nominati: per quos eruptatus erum/
pit uapor præmiſſo prius fremitu per æſtuan/
tes cauernarum latebraſ longo mugitu ītra ter
ræ uiſcera diu uoluitur: nec ante ſe flammarū
globi attollunt: q̄; interni ſtrepitus ātecedāt.
Mirum hoc eſt: nec illud minuſ quod in illa fer
uentis naturæ peruicatia mixtas ignibus niueſ
ꝓfert & licet uaſtis exundet īcendiis apicis ca/
nicie perpetua brumalem detinet faciē. Ita īuic
ta in utroq; uiolentia: nec calor frigore mitiga
tur: nec friguſ calore diſſoluitur. Sūt & alii mō
teſ duo nebrodes & neptunius. E neptunio ſpe
cula eſt in pelagus tuſcum & adriaticū. Nebro
di dāmarum copia nomē dedit. Nebrodæ dā/
mæ hynuli gregatim peruagātur. Inde nebro
des: Quicquid ſicilia gignit ſiue ſolis ſiue homi
nis ingenio proximū eſt his quæ optima iudi/
cātur: niſi ꝙ fœtus terræ cēturupino croco uī
cit. Hic primū iuēta comedia: hic & cauillatio
inimica ī ſcena ſtetit: hic mō Archimedeſ q iux
ta ſyderū diſciplinā machinarius cōmtator fuit
hinc Lais illa quæ eligere patriā maluit q̄; fate

ri. Gentem cyclopum uaſti teſtantur ſpecus.
Leſtrigonum ſedes adhuc ſic uocantur. Ceres
inde magiſtra ſationis fructuariæ. Hic ibidem
campus ætnenſis ĩ floribus ſemper & omĩ uer
nus die. Quem prope eſt demerſum foramen
quo Ditem patrem ad raptus Proſerpinæ libe
re exeuntem fama eſt lucem auſum. Inter cati/
nam & ſyracuſas certamen eſt de illuſtrium fra
trum memoria: quorũ nomina ſibi diuerſæ par
tes adoptant. Si catinẽſes audiamus: Amaphi
us fuit & Amphimonius: Si quod malunt ſyra
cuſæ Mantiã putabimuſ & Critonem. Catinẽ
ſis tamen regio cauſam dedit facto: in qua ſecũ
incendia ætnæ protuliſſent iuuenes duo ſubla
tos parentes euexerunt inter flãmas illeſi igni
bus horum memoriam ita poſteritas numerata
eſt: ut ſepulchri locus nominaretur campus pi
orum. De arethuſa & alpheo uerum eſt hacte/
nus quod cõueniũt fons & amniſ fluminum abũ
de uaria miracula. Dianam qui ad camerinã flu
it niſi habitus pudice hauſerit nõ cohibet ĩ cor
pus unum latex uineus & latex aquæ. Apud ſe
geſtanos helbeſuſ ĩ medio flumine ſubita æſtu
atione feruet. Ac idem quãuis dimiſſum ætna
nullus frigore anteuertit: hiemes eum celeſtes
mutant plagæ. Amarus denique eſt dum in aq
lonem fluit: dulcis ubi ad meridiem flectitur.

Quanta in aquis tanta nouitas in ſalinis. Saleꝫ
agrigentinum ſi igni iunxeris ſoluitur uſtione:
cui ſi liquor aquæ proximauerit crepitat ueluti
torreatur. Purpureum ætna mittit. In pachi/
no tranſlucidus inuenitur. Cætera ſalinaꝝ me
talla quæ ſunt aut agrigentino aut centuripis
proximantia funguntur cautium miſterio. Nã
illinc excuduntur ligna ad facies hominum uel
deoꝝ. Termitanis lociſ inſula eſt arundinum fe
rax: quæ maxime accomodæ ſunt in omnem ſo
num tibiaꝝ ſeu præcentorias facias: quaꝝ lo
cus ẽ ad pluuinaria præcinẽdi ſiue uaſcas quæ
foraminum numeris præcentorias anteuertũt
ſeu puellatorias quibus a ſono clarior uocamẽ
datur: ſiue gingricas quæ breuiores licet ſubti
lioribus tamẽ modis inſonãt: aut miluinaſ quæ
in accentus exeunt acutiſſimos: aut lydias quaſ
& chorantas dicunt: uel corinthias uel ægyp/
tias: alias ue a muſicis per diuerſa officia & no/
mina ſeparatas. In haleſina regione fons alias
quietus & tranquillus cum ſiletur: ſi inſonẽt ti
biæ exultabundus ad cantum eleuatur: & qua/
ſi miretur dulcedinem uocis ultra margines in/
tumeſcit. Gelonium ſtagnum tetro odore abi/
git proximantes. Ibi & fõtes duo. Alterum ſi
ſterilis ſumpſerit fæcũda fiet. Alteꝝ ſi fæcũda
hauſerit uertitur in ſterilitatem. Stagnum pe/

q Voniam i ponticis rebus ſumus: non erit omittēdm unde mediterranea maria caput tollāt. Exiſtimāt eīm quidam ſinus iſtos a gaditano freto naſci. Nec aliam eſſe originem ꝙ inūdatiōem æſtuātis oceani: Cuius ſpiritu peruagante apud aliquot mediterranea littora ſicut ī italiæ parte fieri acceſſuſ uł receſſus. Qui cōtrarium ſentiūt omēm illum fluorem aiūt a pōticis faucibus inūdare: idqꝫ fulciūt argumēto nō inani: ꝙ æſtus e ponto profluus nūquā reciprocetur.

De īſulis ſcythicis & oceano ſeptētrionali: & ſpatiiſ īter ſcythas & īdos formis hominum ceruis tragelaphys.

i NSula apollonitarum. lxxx. mili. paſſuum abeſt a boſphoro thratio citra biſtrum ſita. Ex qua. M. Lucullus Apollinem nobis capitolinum extulit. Ante boriſtenem Achillis inſula eſt cum æde ſacra: quam ædem nulla ingreditur ales: & quæ forte aduolauerit raptim fuga properat. Oceanum ſeptentrionalem ex ea parte qua a propaniſſo amne ſcythiace alluitur. Hecateus amalchium appellat. quod gentis illiuſ lingua ſignificat cōgelatum mare. Philemon a cimbris ad promontorium rubeas mouri maruſā dicit uocari: hoc eſt mare mortuū. Vltra rubeas quicquid eſt cronium nominat mare. Mare autem caſpium ex altero ponti latere ultra maſſagetas appalleos ſcythas eſſe in aſiatica plaga dulce hauſtu ſicut Alexandro magno probatum eſt. Moxque Pompeio magno qui bello mithridatico ſicut cōmilito eius Varro tradit ipſis hauſtibus periclitari fidem uoluit. Id euenire prodūt e numero fluminum quorum tanta copia ibi confluit ut naturam maris uertāt. Non omiſerim ꝙ per idem tempus eidem magno licuit ex īdia diebus octo a bactris uſque daleriō flumen quod influit oxum amnē peruenire. Deinde mare caſpium: Inde per caſpium ad cyri amnis penetrare fluentum: qui hiberiæ & armeniæ fines interluit. Itaque a cyro diebus non amplius quinque itinere terreno ſubuectis nauibus ad alueum faſidis pertendit. per cuius excurſus in pontum uſque uenientes indiam liquido probatum eſt inuehi poſſe. Auctor eſt Xenophon Lampſacenus a littore ſcytharum inſulam albaciam petentibuſ triduo nauigari eius magnitudinem immenſam & pene ſimilem continenti. Nec lōge oceanas ſeparari: quas qui habitant uiuunt ouis auium marinarum & auenis uulgo naſcētibus.

Perinde alias prope conſtitutas æque inſulas quarum hippopodas īdigenæ humana uſqꝫ ad ueſtigium forma in equinos pedes deſinunt. Eſſe inſulas & phaneſiorum gētem quorum aures ī effuſam adeo magnitudiem dilatēt: ut reliqua uiſcerum illis contegant. Nec adminiculum aliud ſit qꝫ ut membra membranis aurium ueſtiant. Anteqꝫ digrediamur ab ſcythia religio eſt non præterire quæ nam peculiares ibi ſint feræ ſcythicæ. Cerui plurimi in hac terra. Igitur ceruos perſequemur: Mares generiſ huiuſce cum ſtatutum tempus uenerem incitauit ſæuiunt rabie libidinis efferati. Fœminæ licet prius conſerantur: non concipiunt ante arcturi ſydus. Nec qualibet partus ſuos educant teneros ſtudioſe occulunt: & abſconditos inter profunda fruticum uel hærbarnm pedum uerbere caſtigāt ad latēdum. Cum maturuerūt ad fugā robur: exercitio docent curſus: & aſſueſcunt ſalire per abrupta. Acceptis canum latratibus ſecundum uentos uias dirigunt ut odor cum ipſis recedat. Mirantur ſibilum fiſtularum: rectis auribus acutiſſime audiunt: ſumiſſis nihil. Stupent omnia: propterea facilius obuios ſe præbent ſagittantibus. Si maria tranant: non aſpectu petunt littora ſed olfatu. Infirmos ponunt in ultimo: & laſſorum capita clunibus per

uices ſuſtinent. E cornibus quod dextrum fuerit efficacius eſt ad medelam. Si fugare angues geſtias: utrum uelis uras. Quæ uſtrina præterea nidoř uitium aperit ac detegit: ſi cui ineſt morbus comitialis. pro ætate ramulos augēt. Id incrementum in ſex annos perſeuerat. Deinceps numeroſiora non poſſūt fieri cornua: poſſunt craſſiora. Quæ quidem caſtratis nunqꝫ creſcunt: nec tamē decidunt. Dentes indicant ſenectutem: cum aut pauci inueniūtur aut nulli. ſerpentes hauriunt: & ſpiritu narium extrahunt de latebris cauernarum. Diptamum ipſi prodiderunt: dum eo paſti excutiunt accepta tæla. Hærbam quoque quam cinarem uocant contra noxia edunt gramina. Aduerſus uenena mirificum eſt hinnuli corculum occiſi in matris ſuæ utero. Patuit eos nūquam febreſcere. Quam ob cauſam cōfecta ex medullis eorum unguenta ſedāt calores hominum lāguētium Legimus plurimos matutinis diebus ceruinam carnem deguſtare ſolitos ſine febribus lōgæuos fuiſſe. quod demum proderit ſi uno uulnere fuerint interempti. Ad dignoſcēdam uiuacitatem Alexāder magnus torques plurimis ceruis inexuit. Qui poſt ānum cēteſimum capti: necdum ſenii inditium præferebant. Eadam pene ſpecie ſūt quos tragelaphos dicunt. Sed nō

alibi q̄ circa faſidem apparent tantumque illi uillosos habent armos & menta promiſſis hir/ ta barbis.

28 De germania & eius fontibus de uris & alce & ſuccino & ce/ raunio albo.

f Ons ſuccinus ipſe ingēs nec ripheis minor collibus initium germaniæ facit. Hūc ingy nones tenent: a quibus primis poſt ſcythas no men germanicum cōſurgit. Diues uirorum ter ra frequens populis numeroſis & immanibus. Extenditur iter hyrcinium ſaltum & rupes ſar matarum. Vbi incipit danubio: ubi deſinit rhe no perfunditur. De internis eius partibus alba guthalus inſula amnes altiſſimi præcipitātur in oceanū. Saltus hyrcineus amnes gignit: qua/ rum pennæ per obſcurum emicant & inter/ lucent: quis obtenta nox denſet tenebraſ. Vn de homines loci illiuſ pleꝛq̄ nocturnos excur ſus ſic deſtinant ut illis utantur ad præſidium itineris dirigēdi: præiactiſq̄ per opaca callium pennis rationem uiæ moderantur inditio plu/ marum refulgētium. In hoc tractu ſane & in oī marum ſeptētrionis plaga uiſontes frequētiſſimi: qui boues feris ſimiles ſetoſi colla: iubis horridi. Vltra tauros pernicitate uigētes: capti aſſue/

ſcere manu nequeūt. Sūt & uri: quos imperitū uulgus uocat bubalos. cum bubali pene ad cer uinam faciem in africa procreentur. Iſtis porro quos uros dicimus taurina cornua in tantū mo dum protenduntur ut dempta ob inſignem ca/ pacitatem inter regias menſas potuum gerula fiant. Eſt & alces mulis comparanda: adeo pro penſo labro ſuperiore ut niſi recedens in poſte riora ueſtigia paſci non queat. Gangauia inſu/ la e regione germaniæ mittit animal quale al/ ces: ſed cuius ſuffragineſ ut elephantiſ flecti ne queunt: propterea non cubat cum dormien/ dum eſt. Tamen ſomnolentam arbor ſuſtinet quae prope caſura ſecatur. Vt fera dum aſſu/ etis fulcimentis innititur faciat ruinam. Ita ca pitur. Alioquin difficile eſt eam manu capi. Nam in illo rigore poplitum incomprehenſi/ bili fuga pollet. De germanicis inſulis Gan gauia maxima eſt. Sed nihil in ea magnum præter ipſam. Nam Gleſaria dat chriſtal/ lum. Dat. & ſuccinum. Quia ſuccinum Ger/ mani gentiliter uocant gleſum. Qualitas ma/ teriæ iſtius ſummatim antea. Germanico aūt Cæſare omēs germanie oras ſcrutante cōper/ ta arbor eſt pinei generis: Cuius mediale au/ tumni tempore ſuccino lachrymat. Succū eſſe

arboris de ſignificatione nominis capeſſas pi
nũ uero unde ſit genitum ſi uſſeris ipſius ſuc
ci odor indicabit preciumopere eſt ire longius
ne padaneæ ſiluæ credãtur lapidẽ fleuiſſe hac
ſpeciem in illyricum barbari intulerunt. Quæ
cum per pannonica commertia uſu ad tranſpa/
danos homines foret delata. Quod ibi primũ
noſtri uiderant. Ibi etiam natam putauerunt.
Munere Neronis principis apparatus omniſ
abſq; ſuccino inornatus eſt: nec difficulter cum
per idem tempus tredecim milia librarum rex
germaniæ dono ei miſerit. Rude primum na/
ſcitur & corticoſum: Deinde icoctum adipe lac
tentis ſuis expolitur ad quem uidemus nitorẽ
pro facie habet nomen amelleum dicitur & fa/
lernũ utrunq; de ſimilitudine aut uini aut utiq;
mellis. In aperto eſt ꝙ rapiat folia: ꝙ trahat
paleas: ꝙ uero medeatur multis uitalium incõ
modis medentium docuit diſciplina. Et idia ha
bet ſucciuum: ſed germania plurimũ optimũq;
quoniã ad iſulã glesariã repitur: ut iã ſuperius
dictũ. nã ĩ germaniæ cõtinẽtibuſ gallica repe/
ritur: quã gẽmã arabicis anteponũt. Vicit enĩ
gratia Arabes quidẽ dicunt eã non alibi reperi
ri ꝙ in nidis auium quã melancorieos uocant.
Quod nullus recipit: cum apud germaniæ
populos quãuis rara in ſaxis tantum appareat.

Honore & precio ad ſmaragdos uiret pallidũ
nihil iucundius aurum decet. Ceraunioꝝ porro
genera diuerſa ſunt. Germanicum candidũ eſt
ſplendet tamẽ cerulo: & ſi ſub diuo habeas ful
gorem rapit ſydeꝝ.

29 ca De gallis meſia & oleo
medico

Galliæ inter rhenum & pireneum: Item in
ter oceanum & mõtes gebennam ac liren
porrigunt fœlices præpinguibus glebis ac cõ
mode prouẽtibus fructuariis pleræq; conſitæ
uitibus & arbuſtis. Omĩa ad uſum animatium
fœtu beatiſſima. Riguæ aquis fluminum & fõ
tium. Sed fontaneis interdũ ſacris ac uaporãti/
buſ. Infamãtur ueneni periculo ritu icolaꝝ qui
ut aiũt ueri enim periculum non ad me recipio
deteſtabili ſacroꝝ ritu ñ ad honorẽ: ſed potius
ad iniuriam religiõis humanis litãt hoſtiis. Ex
iſto ſinu quoquo orbe uelis exeaſ i hiſpanias &
ĩ italiam terra mariq;: in africam mari tatum.
Si thracia ſit petenda excipit ager creticus opti
mus frũgibus & ferax: brigantino lacu nobilis.
Inde noricuſ frigiduſ & partius fructuoſus qua
ſubducitur a iugis alpium admodũ lætus. De
hinc pãnonia uiro forti & ſolo plano læta atq;
uber. Drauo ſauo inclitis amnibus circunfiua
Mox meſiæ: quas maiores noſtri iure Cereris

horreum nominabant. In quarum parte quæ
pontica eſt apparet hærba: quacum inficitur
oleum quod uocant medicum. Hoc ad incē/
dium excitatum ſi obruere aqua geſtias ardet
magis nec alio ſopitur ꝙ iactu pulueris.

§· 30· cā De britania & inſulis gal/ lici oceani

f Inis erat orbis ora gallici littoris niſi bri
tania inſula qualibet amplitudine nomen
pene orbis alterius mereretur. Octingentis
enim & amplius milibus paſſuum longa por
rigitur ita ut eam in calidonicum uſque angu/
lum metiamur. In quo receſſu Vlixem calido/
niæ appuſum manifeſtat ara græcis litteris
ſcripta uotum multis inſulis nec ignobilibus
circundatur. Quarum hibernia ei proximat
magnitudine inhumana eſt ritu incolarum aſpe
ro. Alias ita pabuloſa ut pecuaria ibi niſi in/
terdum æſtate a paſtibus arceantur in peri/
culum agat facies. Illic nullus anguis: Auis
rara: Gens inhoſpita & bellicoſa: Sanguinem
interemptorum hauſto prius uictores uul/
tus ſuos oblinunt: Fas atque nefas eodem
animo ducunt. Puerpera ſi quando marem edi
dit primos cibos gladio imponit mariti inq;
so paruuli ſummo mucrone auſpicium alimen

torum leuiter infert: & gentilibus uotis optat
non aliter qui in bello & inter arma mortem
oppetat. Qui ſtudent cultu: dētibus marinā/
tium beluarum inſigniunt enſium capulos. Cā
dicant enim ad eburneam claritatem. Nā præ
cipua uiris gloria eſt in tæla. Apis nuſquā ad/
uectum inde puluerem ſeu lapillos ſi quis ſpar/
ſerit inter aluearia examina fauos deſerūt. Ma
re quod inter hanc & britaniam interluit unde/
ſum inquietumque toto in anno. Nō niſi æſti
uis pauculis diebus eſt nauigabile. Nauigant
autem uimineis alueis: quos circūdant ambitio
ne tergorum bubulorum. Quantocunque tē/
pore curſus tenebit nauigantes eſcis abſtinēt.
freti latitudinem in centum uiginti milia paſſu/
um diffundi. Qui fidem ad uerum rationati ſūt
æſtimarunt. Sylluram quoque inſulam ab ora
quam gens britanea dum nunc tenent turbidū
fretum diſtinguit. Cuius homines etiam nunc
cuſtodiunt morem uetuſtum nundinas ac num
mum refutant: Dant res & accipiunt. Muta/
tionibus neceſſaria potius ꝙ preciis parant.
Deos percolunt. Scientiā futurorꝫ pariter uiri
ac fœminæ oſtētāt. Attanatis īſula alluit fre/
to gallico a britaniæ cōtinente æſtuario tenui
ſeparata frumentariis campis fœlix & gleba
uberi. Nec tantum ſibi ſoli: uerum & aliis ſalu

bris locis. Nam cum ipſa nullo ſerpatur angue aſportata inde terra quoquo gentium inuecta ſit angues necat. Multæ & aliæ circum britaniam inſulæ: e quibus thile ultima. In qua æſtiuo ſolſtitio ſole de cancri ſydere faciente tranſitum nox pene nulla. Brumali ſolſtitio perinde nullus dies. Vltra thilem accepimus pigrũ eſſe & concretum mare. Nullus ut ortus iũctus ſit occaſui. A calidonie promontorio thilen petẽtibus bidui nauigatio eſt. Inde excipiunt ebrides inſulæ quinq; numero: quarum incolæ neſciunt fruges: piſcibus tantum & lacte uiuunt. Rex unus eſt uninerſis. Nam quotquot ſunt omnes anguſta interluuie diuiduntur. Rex nihil ſuum habet: omnia uniuerſorum. Ad æquitatem certis legibus ſtringitur. Ac ne auaritia diuertat a uero diſcit paupertate iuſtitiam: utpote cui nihil ſit rei familiaris. Verum alitur e publico. Nulla illi datur foemina propria: ſed per uiciſſitudines in quãcũq; commotus ſit uſurariam ſũmit. Vnde ei nec uotum nec ſpeſ conceditur liberorum: Secundam a continenti ſtationem euntibus orcades præbent. Sed orcades ab ebudibus porro ſũt ſeptem dierum totidemq; noctiũ curſu. Numero tres uacant homine nõ habẽt ſiluas tantum uiceis hærbis inhorreſcũt. Cætera earum nudæ harenæ & ru/

pes tenẽt. Ab arcadibus thilen uſq; quĩq; dierum ac noctiũ nauigatio eſt. Sed thile larga & diutina: pynoma copioſa eſt. Qui illic habitant pricipio ueris iter pecudes pabulis uiuũt deinde lacte ĩ hyeme cõſpergũt arborum fructus. Vtũtur foeminis uulgo. Certum matrimoniũ nullis. Circuitus britaniæ quadrigieſ octieſ ſeptuaginta quĩq; milia paſſuum ſũt. In quo ſpatio magna ibi & multa flumina ſunt. Fõtes calidi: opiparo exculpti apparatus ad uſus mortaliũ. Quibus fontibus præſul eſt mineruæ numen In cuius æde perpetui ignes nũquam caſſeſcũt ĩ fauillas: ſed ubi ignis tabuit uertitur ĩ globos ſaxeos. Præterea ut taceam metallorum largã uariamque copiam quibus britaniæ ſolum undique generum pollet uenis locupletibus. Gagates hic plurimus optimuſque lapis. Si decorem requiras nigro gemmeus. Si qualitatem: nullius fere ponderis. Si naturam: aqua ardet. oleo reſtrĩgitur. Si poteſtatem: attritu calefactuſ applicita detinet æquæ ut ſucinum. Regionem partim tenẽt barbari: quibus per artifices plagarum figuras iam inde a pueris uariæ animalium effigies ĩcorporãtur: inſcriptiſq; uiſceribus hominis ĩcremento figmentis notæ creſcũt. Neque quicquam magnæ patientiæ loco nationes fere ducũt: q̃ ut per memores cicatri

ces plurimũ fuci artus bibant.

f 31· cã De hiſpania gaditano freto.
mediterraneo mari & oceano:

r Euerſus ad cõtinẽtem res hiſpanienſes uo/
cant. Terraꝝ plaga cõparãda: optimis nul
lis poſthabẽda frugum copia ſiue ſoli ubere: ſi
ue uineaꝝ prouentus reſpicere ſiue arborarios
uelis. Omium materia afluit quæcũqꝫ aut pre
cio cara eſt: aut uſu neceſſaria. Argentũ uel au
rũ ſi requiras habet. Ferrariſ nũquam deficit.
nec cedit uitibus: uincit oleas: diuidua eſt pro/
uintiis tribuſ. Secundo punico bello noſtra fac
ta: & nil in ea ocioſum: nil ſterile. Quicquid
cuiuſcunque modi negat meſſem: uiget pabuliſ
etiam quæ arida ſunt ac ſterilia. Rudẽtum ma
teriem nauticis ſubminiſtrant. Non coquũt ibi
ſales ſed effodiunt. Depurgant in minium in te
las pulueris fucãt uellera ut ad ruborem meꝝ
deputent Cocci uenenum. In luſitania promon
toriũ eſt quod artabrum alii: alii oliſipponenſe
dicunt. Hoc cælum terras & maria diſtinguit.
Hiſpaniæ latus finit cæluꝫ & maria hoc modo
diuidit qꝛ a circuitu eius incipiunt oceanus gal/
licus & fons ſeptentrionalis oceano atlãtico &
occaſu terminatis. Ibi oppidũ oliſipone ab uly
xe conditum. Ibi tagus flumen. Tagum ob ha/
renas auriferas cæteris amnibus prætulerũt.

In proximis oliſponis æque laſciuiunt mira fœ
cunditate. Nam ſpirante fauonio uento conci/
piunt: & ſitientes uiros aurarum ſpiritu maritã
tur. Hiberus amnis toti hiſpaniæ nomen de/
dit: Bethis prouintiæ uterqꝫ nobiliſ. Carthagi
uem apud hiberos quæ mox colonia facta eſt
pœni condiderũt. Taraconem Scipiones: ideo
eſt caput prouintiæ tarraconenſis. Luſitanum
littus pollet gemma ceraunio plurimum. quod
etiam indicis præferunt. Huius ceraunii color
eſt Epiropo qualitas igni probatur. Quem ſi
ſine detrimento ſui perferat aduerſus uim ful/
gurum creditur opitulari. Garſiterides inſulæ
ſpectãt aduerſum celtiberiæ latus: plumbi fer
tiles. Et tres fortunatæ: e quibus ſolum uo/
cabulum ſignandum fuit. Ebuſus e balearibus
quæ a diano abeſt ſeptingenta ſtadia ſerpen/
tem non habet: Vtpote cuius terra ſerpen/
tes fuget. Colubraria quæ ſucronem uerſus
eſt fœta eſt anguibus bocchoris regnum bale/
ares fuerunt uſque ad euerſionem phrygum
cuniculis animalibus quodam copioſæ. In ca/
pite beticæ ubi extremus eſt noti orbis ter
minus inſula a continenti ſeptingentis pe/di
bus ſeparatur. Quam tyrii a rubro pro/
fecti mari erythream: Pœni lingua ſua ga/
dir ſeptem nominauerunt. In hac Gerionem

æuum agitauiſſe plurimis monumẽtis probaẽ
Tametſi quidam putẽt Herculẽ boues ex alia
inſula adduxiſſe quæ luſitaniam cõtuetur. Sed
gaditanum fretum a gadibus dictum: atlãticus
æſtus in noſtrum mare diſcidiũ orbis immittit
Nam oceanus quem græci ſic nominãt a celeri
tate ab occaſu ſolis irrumpens leuo latere euro
pam radit. Africã dextro. Sciſſiſqꝫ calpe & ab
inna mõtibuſ quos dicũt colũnas herculis inter
mauros fũditur & hiſpaniam. Ac freto iſti cu/
ius. xv. mil. paſſuum efficit lõgitudo: Latitudo
uix ſeptem. Quodã hoſtio aperit limen inter/
ni æquoris mixtus mediterraneis ſinibus quos
aduſqꝫ orietem ꝓpellit hoꝝ ꝗ hiſpanias profũ/
dit hipericus fertur & balearicus: qui narbonẽ
ſẽ prouintiã gallicus. Mox liguſticus: ab eo ad
ſiciliã thuſcus: quẽ græci ioniũ uel tyrrhenũ.
itali infeꝝ uocãt. A ſicilia cretam uſqꝫ ſiculus:
Inde creticus qui in pãphiliã & ægyptiũ protẽ
ditur mare. Quæ aquaꝝ moles torto in ſeptẽ
trionem prius latere anfractibus magnis iuxta
græcias & illyricum per helleſpõtũ in anguſti/
as ſtringitur propõtidis quæ propõtidis euro
pam aſiamqꝫ diſcriminans ad mæotidem perue
nit. Cauſas nominũ non uniformis dedit ratio.
Aſiaticum & phoenicum a prouintiis dictũ ab
inſulis carpatium ægeum icareum balearicum

cyprium. A gentibus auſonium: dalmaticum:
liguſticum: thuſcum. Ab oppidis adriaticum:
argolicum: corinthium: tyrium. A caſibus ho/
minum miſticum uel helleſpõticum. A memo/
ria regis ionium. A bouis trãſitu: uel ãguſtiiſ
ẽt meatibus boum ꝑuiis boſphorus. A mori/
bus accolaꝝ euxinus axinus antea appellatus.
Ab ordine fluẽti ꝓpõtis. Aegyptium pelaguſ
aſiæ datur. gallicum europæ: africum libyæ:
his ut quæqꝫ proxima ſunt uenerunt i ꝑteſ par
tium: hæc in gremiis terraꝝ. Oras ãt extimas
oceanus ãplectiẽ: qui a littoribus ſuis arabicus
perſicus indicus eous ſyricus hyrcanus caſpius
ſcythicus germanicus gallicus atlãticus libycuſ
ægyptius diciẽ. Cuius acceſſus incremẽta circa
littora indiæ uehementiſſime proruunt: maxi/
moſqꝫ ibi exitus faciunt. Siue ꝙ ſuſpẽſus altiuſ
ſubſtolaẽ ui caloris: ſeu ꝙ in ea parte orbis &
fõtium & fluminum copia ſit effuſior. Dubita/
tur etiam nunc quibus ex cauſis intumeſcat oce
anus. uel quatenus cum ſuperfluus ſibi fuerit:
rurſuſ in ſe reſidat. Nec ĩ obſcuro eſt plura pro
ingeniis differentium potius ꝙꝫ pro ueritatis
fide expreſſa. Sed omiſſa ancipiti concurrenti/
um queſtione has opiniones probatiſſimas in/
uenimus. Phiſici autumãt mundum animal eſſe
eumque ex uariis elementorum corporibus cõ

globatum: moueri ſpiritu: regi mente. Quæ utraque diffuſa per membra omnia æternæ molis uigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus noſtris commertia ſunt ſpecialia: ita in profundis oceani nares quaſdam mundi conſtitutai per quas emiſſi anhelitus uel reducti modo inflent maria modo reuocent. At hi qui ſyderum ſequuntur diſciplinam contendunt meatus iſtos commoueri lunæ curſibus adeo ut ſic uiciſſitudines inter manes aquarum & plenitudine reſpiciant ad auctus eius uł defectiones. Neque eodem ſemper tempore ſed prout illa aut mergatur aut ſurgat uariant ſe alternantes recurſus.

De libya & hortis heſperidum & achante monte.

De hiſpania excurſus in libyam. Nam bellone progreſſus quod beticæ oppidum eſt. Vltra interiacens fretum tria & triginta milia paſſuum tāgit. Excipit mauritaniam: quæ nūc colonia: & cuius primus auctor Antheus fuit Porro quia in illo ambitu ægyptium finitur pelaguſ & libycum incipit: placuit ut africam libyam diceremus: Quidam tamen libyam a libye Epaphi filia: africam ab Afro libys Herculis filio potius dictam receperunt. Lx quoq; colonia in eodem tractu conſtituta eſt ubi Anthei

regia qui implicandis explicandiſq; nexibuſ humi melius ſciens uelut genitus matre terra ibidem ab Hercule extictus eſt. De de hortis heſperidum & peruigili dracone ne famæ licentia uulneretur: fides ratio hæc eſt ſinuoſo meatu æſtuarium e mari fertur adeo flexuoſis lateribus tortuoſum ut uiſentibus procul lapſus angueos facta uertigine mentiatur. Itaque quod ortos appellauere circundat. Vnde pomorꝫ cuſtodem interpretantes ſtruxerunt iter ad mendacium fabulandi. Sed hæc inſula inſinuata ſinibuſ aluei recurrentis in quibuſdam æquoris ſpiris præter arbores oleaſtri ſimiles & aram ſacram Herculi aliud nihil præfert quod propaget uetuſtatis memoriam. Verum ultra frutices aureos & metalla frōdentia illud magis mirum ꝙ ſolum inferiore loco licet libra depreſſius nunquam acceſſuſ freti ſuperlabitur. Sed obſtaculo naturalis repaguli in ipſis marginibus hæret unda: & intimiſ orarum ſuperciliis ſponte fluctus in gyrum reſiſtunt. Ita ſpectando loci ingenio nimirum planities manet ſicca: q̄uis prona ſuperueniant æquora. Oppidum imminet ſale flumini ab hoc per rutulorum gentem iter ē ī atlanticas ſolitudines. Atlās mōs e media harenaꝝ cōſurgit uaſtitate & eductus ī uiciniā lunaris circuli. Vltra nubila caput condit.

Qua ad oceanum extēdit̃ cui a ſe nomen dedit Manat fōtibus: nemoribus īhorreſcit: rupibus aſperatur: ſqualet ieiunio humo nuda nec hær bida. Qua africam cōtra auerſus eſt opimuſ na ſcentibus ſponte frugibus arboribus proceris opaciſſimus. Quaꝝ odor grauis: comæ cupreſ ſis ſimiles. Veſtiuntur lanugine ſericis uelleri/ bus nihilo uiliore. In eo latere & hærba eufor bia copioſa: cuius ſuccus ad multiplex profuit præſidiū ſanitatis. ad oculariāq; præcipue cla/ ritatē: nec mediocriter propellit uim uenenoꝝ Vertex ſup niualis. Saltus eius quadrupedes ac ſerpētes fere & cū his elephāti occupauerūt Silet per diē uniuerſus: nec ſine horro re ſecre tus eſt: Lucet nocturnis ignibus: choris egy/ panū undiq; perſonat̃. Audiunt̃ & cātus tybi/ aꝝ: & tinnitus cibaloꝝ p orā maritimā. A lixa abeſt qnq; & ducentiſ mil. paſ. Lixa a gaditano freto cētum qndecī milibus: habitatus ante ut īdicat loci facies: quōdā cultu exercitata ī qua uſq; adhuc uitiſ & palmæ extāt ueſtigia. Apex Perſeo & Hercule peruius: cæteris inacceſſus. ita fidē araꝝ inſcriptio palā facit. Qua ſpectat occaſum iter ipſum & flumē anatim per quadrī gēta ſex milia Paſſuū infames beſtiis ſiluæ ob ſidenti. Amnes circa eum nō tacendi. Qui li/ cet ſeparentur interuallis amplioribus tranſie/

runt. Tamen in quoddā atlātici mōtis miniſte rium ad ſana marino hauſtu bābotum crocodil lis hippopodamiſ refertum. Vltraq; adhuc am nis q atro colore exit per ītimas & exuſtas ſoli tudines: quæ torrente perpetuo & ſole nimio plus q̃ȝ ignito nunq̃ȝ ab æſtu uidicat̃. Hæc de atlāte quem mauri adderim noīant & Hānoniſ punici libri & noſtri ānaleſ prodiderūt. Iuba ēt Ptolæmei filius q utriuſq; mauritāiæ īgno po titus ē. Suetonius quoq; paulinus ſūmam huic cognitiōi impoſuit manū q ultra atlātē primus & pene ſol us romana ſigna circumtulit.

33 ca. De mauritania & elephantis

a Prouintiiſ mauritaniis tingitana quæ ſolſti tiali plagæ obuia ē: quaq; porrigit̃ ad iter nū mare exurgit mōtibus ſeptē q a ſimilitudi/ ne frēs appellati freto īminent. Hi mōtes ele/ phātis frequētiſſimi ſūt. Monēt a prīcipio hoc animātiū genus diſcere. Igit̃ elephāti iuxta ſē/ ſū humanū intellectū hēnt: memoria pollent: ſydeꝝ ſeruāt diſciplinā: luna niteſcente grega/ tim ānes petunt. Mox aſperſi liquore motibuſ ſolis exortus qbus poſſunt ſalutāt. Deinde in ſaltus reuertunt̃. Duo eoꝝ genera ſūt. Nobili ores īdicat magnitudo: minores nothos dicunt Candore dentium intelligit̃ iuuenta. Quorum

alter ſemper ĩ miniſterio eſt:alteri parcitur ne
hebetatus aſſiduo repercuſſu minus uigeat. Si
fuerit dimicandum cum uenatu premuntur: pa
riter confligũt utroſque ut ebore damnato nõ
requirantur. Hanc enim ſibi cauſam ineſſe peri
culi ſentiunt. Oberrant agminatim. Natu ma/
ximus ducit agmen. Aetate proximus cogit ſe
quentes. Flumen tranſituri minimos antemit/
tunt:ne maiorum ingreſſu alueum atterant:&
profundos depreſſis uadis gurgites faciãt. Ve
nerem ante annos decem fœminæ:ante quin/
que mares neſciũt. Biẽnio coeunt:Quinis nec
amplius in anno diebus. Non prius ad gregari
um numerum reuerſuri quam uiuiſ aquis ablu
antur propter fœminas nũquam dimicant nul
la enim mouerunt adulteria. Ineſt illis clæmen
tiæ bonum. Quippe ſi per deſerta uagabundũ
hominem forte uiderint:ductuſ uſque ad notaſ
uias præbent. Vel ſi cõfertis pecoribus occur
ſitent:itinera ſibi blanda & placida manu faci/
unt:ne quod obuium animal interimãt. At cõ
flictu fortuito ſi quando pugnatur:non medio
crem habent curam ſauciorum. Nam feſſoſ uul
neratoſque in medium receptant. Cum captiui
tate uenerint in manuſ hominum manſueſcunt
hauſto ordei ſucco. Maria tranſmeaturi naues
non prius ſubeunt q̃ꝫ de reditu illis ſacramen/

tũ luatur.. Indicos elephãtos mauritani timẽt
& quaſi paruitatis ſuæ cõſcii aſpernãt̃ ab his ui
deri. Nõ ãnis decem ut uulgus:ſed biennio ut
Ariſtotiles diffinit utero graueſcunt. Nec ãpli
us q̃ꝫ ſemel gignunt:nec plures q̃ꝫ ſingulos:ui
uunt in ãnos trecentos. Impatientiſſimi frigo/
ris. Trũcos edũt:lapides hauriũt:gratiſſimas ĩ
cibatu palmas habẽt. Odorẽ muris uel maxi/
me fugiũt:pabula etiã quæ a muſculis cõtacta
ſunt recuſãt. Si quiſ caſu chameleõtẽ deuoraue
rit uermẽ elephãtis ueneficũ oleaſtro ſũpto pe
ſti medet̃. Duriſſimum dorſo tergũ eſt uentre
molius. Setarum hirſutiæ nullæ. Inter hos &
dracones iugis diſcordia. Denique inſidiæ hoc
aſtu præparãt̃. Serpẽtes ꝓpter ſemitas delite
ſcũt ꝑ quas elephãti aſſuetis callibus euagãt̃.
atqꝫ ita p̃termiſſis prioribus poſtremos adoriũ
tur:ne q̃ ãtecesſerint ualeãt ultimis opitulari.
ac primũ pedes nodis illigant:ut laq̃atis cruri
bus ĩpediãt gradiẽdi facultatẽ. Nã elephãti ni
ſi præuẽti hac ſpiraꝝ mora uel arboribus ſe uł
ſaxis applicãt:ut niſu ac põdere nitibũdo attri
toſ necẽt ãgueſ. Dimicatiõiſ p̃cipua cã ẽ qꝺ ele
phãtiſ ut aiũt frigidior ĩeſt ſãguiſ & ob id a dra
cõibus auidiſſimo torrẽte captãt̃ æſtu. Deniqꝫ
nũq̃ꝫ ĩuadũt niſi potu grauatuſ ut uenis ꝓpẽſi
uſ irrigatis maiorẽ ſũmat de oppꝛ̃ſſiſ ſacietatẽ.

Nec aliud magisq̃ oculos petũt: quosſolos ex pugnabiles ſciũt. Vel ĩteriora auriũ q̃a is tãtũ locus defẽdi ñ põt promuſcide: Itaq̃ cũ ebibe rit ſãguinẽ dũ ruũt beluæ dracones obruunt. Sic utriq̃ fuſus cruor terrã ĩbuit fitq̃ pigmen tũ q̃cq̃d ſoli tinxerit quod cinaberĩ uocat. Ele/ phãtes italia ãno urbis cõditæ quadrigẽteſimo ſeptuageſiosecũdo ĩ lucãis primũ bello epirati co uidit: & boues lucanas ĩñ dixit. Cæſarienſi co lõiæ cæſaria ieſt a Diuo Claudio deducta: Bo/ chi prius regia: poſtmodũ iubæ ĩdulgẽtia po. ro. dono data. Ineſt & oppidũ ſiga: quod habi/ taculũ Siphaci fuit. Nec ab icolio taciti receda mus. Hercule. n. illac trãſeũte xx. q a comita/ tu eius deſiuerãt locũ deligũt iaciunt mœnia. Ac ne quis impoſito a ſe nomine priuati gloria retur de cõdentium numero urbi nomẽ datũ.

3 ¶ De numidia & de urſis ĩ ea.

q Vod ẽ a fluĩe ãſica numidiæ dat̃ huius ĩco/ læ q̃diu errarũt pabl'atiõibus uagabũdis nomadesdcĩ ſũt. urbes ĩ ea q̃plurime nobiles ſ circa eminet. Denichulli purpurario fuco ty/ riis uelleribus cõpata. Oĩs hæc r̃gio finibus in zeugitanũ limitẽ deſinit. Qua p̃te ſilueſtris eſt feras educat: qua iugis ardua equos alit. eximio ẽt marmor p̃dicat̃. numidici urſi forma cæteris præſtãt rabie dũtaxat & uillis profũdioribus.

Nam genitura par eſt quoquo loco editis eam protinus dixero. Coeũt nõ itidem quo quadru pedes aliæ: ſed apti amplexibus mutuis uelut humanis cõiugationibus copulãtur. Deſideriũ ueneris hyems ſuſcitat: ſecreti honore reueren tur mares grauidas & ĩ hiſdem licet foueis. Par titis tamẽ per ſcrobes ſecubationibus diuidun/ tur. Lucinæ illis properatius tempus eſt q̃ppe uterũ trigeſimus dies liberat: Vnde euenit ut præcipitata fæcũditas informes creet partus. Carnes pauxillulas edũt: q̃bus color cãdidus. oculi nulli: & de feſtina immaturitate tãtum ru dis ſanies exceptis unguium liniamẽtis. Has lã bendo ſenſim figurãt: & interdũ ad pectora tas fouẽt ut aſſiduo incubatu calefactæ animalem trahãt ſpiritum. Interea cibus nullus. Sane die bus primis. xiiii. matres in ſõnum ita cõcidũt: ut nec uulneribus excitari queant. Enixæ qua ternis latẽt mẽſibus. mox egreſſæ in diẽ liber tãtam patiũtur inſolẽtiam lucis: ut putes obſi/ tas cæcitate. Inualidũ urſis caput. Vis maxima ĩ brachiis & lũbis. unde interdũ poſitis pedibus inſiſtũt. Inſidiantur aluearibus apum maxime fauos appetũt. Nec auidius aliud q̃ mella cap tant. Cum guſtauere mã dragoræ mala moriun tur. ſed eunt obuiam ne malũ in perniciem cõ/ ualeſcat: & formicas deuorant ad recuperandã

ſanitatem. Si quando tauros adoriuntur ſciunt
quibus potiſſimum partibus immorentur. nec
aliud q̃ cornua aut nares petunt. Cornua ut
pondere defatigentur nares: ut acrior dolor
ſit in loco teneriore. M. Meſſala conſule. L.
Domitius Enobarbus curulis edilis urſoſ numi
dicos centum & totidem æthiopas uenatores
in circo romano edidit. Idqꝫ ſpectaculum inter
memorabiles titulos annotatur.

39 cã De aphrica cyrenaica leonibus hiena
hienio lapide ſerpẽtibuſ onagris he
liotropio gẽma pſillis baſiliſco ſimiis.

o Mnis africa a zeugitano pede ĩcipit ꝓmon
torio Apollinis ſardiniæ cõtrouerſa ꝓmõ
torio Mercurii ꝓcedẽs ĩ frõtẽ ſicanã ꝓinde ex
tẽta ĩ duas ꝓminẽtias. Quaꝝ altera ꝓmonto
riũ cãdidũ dicit: altera quæ ẽ ĩ cyrenaica regio
ne ſucintẽ uocãt. ea ꝑ ſinũ creticũ oppoſita cre
tæ ĩſulæ cõtra tenaꝝ laconiæ excurrit harenis
Cathapatmõ ægypto inſinuata: cui ꝓximi cire
nẽſes extẽdit inter duas ſyrres quas inacceſſas
uadoſũ ac reciprocũ mare efficit. Cuius ſali de
fectus uel incremẽta haud ꝓmtũ ẽ deprehẽde
re. ita incertis motibus nunc in breuia reſcindit
dorſuoſa: nũc æſtibus inũdãt ingetis. Vt Var
ro auctor eſt pflabilẽ ibi terrã uẽtis penetrãti
bus ſubitã uim ſpiritus citiſſime aut remouere

maria aut reſorbere. Oĩs hæc plaga ab æthio
pia & terminis aſiæ tigri flumine qui nilũ parit
ab hiſpania freto ſcinditur latere quo ad meri
diẽ uergit fõtiũ inops eſt & infamis ſiti: Altrin
ſecus qua ſeptẽtrionem patitur aquaꝝ larga in
agro bizaceno qui patet paſſuum uel ãplius du
centis milibus glebis ita præpinguibus ut iac
ta ibi ſemina cum incremẽto centeſimæ frugis
renaſcantur. Externos in ea plurimos cõuẽtaſ
ſe argumentũ de urbibus & locis dabimus. Bo
ron promõtoriũ quod aquilonẽ credit græci ad
uenæ ſic uocauerũt hipponẽ rhegiũ poſtea dic
tũ. Itẽ hiddonẽ alteꝝ de intefluẽte freto diar
thũ nuncupatũ. Nobiliſſima oppida eqtes græ
ci cõdiderũt. clipeã cĩtatẽ ſiculi extruũt & aſpi
da primũ noĩant. ueñriã ẽt ĩ qua Veñriſ eryci
næ religiõe trãſtulerunt. Athei tripoli lingua
ſua ſignãt de triũ urbiũ nuñro. i. ſabrate leptiſ
Magne e Phileniſ frĩbuſ ad laudiſ cupidinẽ gra
tiũ uocam̃ datũ hadrimeto atqꝫ carthagini auc
tor eſt a tyro populus. Sed quæ ſup carthagĩe
ueraceſ libri ꝓdiderũt hoc loco reddã. Vrbem
iſtã ut Cato ĩ orõe ſenatoria autumat cũ rex la
põ reꝝ in libya potiret: Eliſſa mulier extruxit
domo phœnix & carthadã dixit qđ punico ore
exprimit nouã cĩtatẽ. mox ſermoñ uerſo ĩ uer
bũ punicũ & hæc Eliſſa & illa carthago dcã ẽ.

Quæ poſt ānos ſeptigentos trigītaſeptem exciditur q̄ fuerat extructa. Deīde a C. Gracco colonis italicis data: & iunonia ab eo dicta: aliquātiſper ignobiliſ humili & lāguido ſtatu. Demum ī claritate ſecūdæ carthaginiſ īteriectiſ cētum & duobus ānis. M. Antonio P. Dolobella conſulibus enituit. Alteꝝ poſt urbem romā terraꝝ decus. Veꝝ ut ad africā redeā ipſa ſuo cingitur angl'o. Interna eiuſ plurimæ quidē beſtiæ ſed pricipaliter leones tenēt. Qui ut Ariſtotiles ꝓhibet ſoli ex eo genere quod dentatū uocāt uidēt protinus atq̄ naſcūtur. Hoꝝ triſarium genus ſcribitur. Nam breuiores & iubis criſpi pleꝝq̄ ignaui ſūt & imbelles. Lōgiores & coma ſimplici acres magis ac potētes. At hi quos creāt pardi ī ple be remanēt iubaꝝ īopes pariter omēs parcūt a ſagina primum qui alternis diebus potum: alternis cibum capiūt ac frequēter ſi cōcoctio nō eſt īſecuta ſolitæ cibationi ſuperponuntur diem. Tūcq̄ carneſ iuſto amplius deuorat as cum grauātur īſertis ī ora unguibus ſpōte protrahūt. Sane & cum fugiēdū eſt in ſacietate diem faciūt. Senectam defectio probat dētium. Nam clementiæ inditia multa ſunt. Proſtratiſ parcūt. In uiros potius q̄ ī fœminas ſæuiūt. Infantes nō niſi in magna fame perimūt. nec a miſericordia ſeparātur. Aſſiduiſ

deniq̄ exēpliſ patet eoſ pepciſſe: cū multi captiuoꝝ aliquot leonibuſ obuii ītacti repatriauerīt Getulæ etiā mulieris nomē Iubæ libris cōprehenſū eſt: quæ obteſtata occurſantes feras impunis rediit. Auerſi coeūt: nec hi tantū: ſed & lices & cameli & elephāti & rhinocerōtes et tygrides. Leænæ fœtu primo catulos quq̄ edūt Deīde per ſingulos partus numeruꝫ decoquūt ānis inſequentibus. Sed poſtremo cū ad unum materna fœcūditas recidit: ut ultīo ſinguloſ ꝓcreent ſterileſ fiunt ī æternum. Animoſ leonū frōs et cauda indicat: ſicut motus equini de auribus intelligūtur. Dedit. n. hæc ſigna generoſiſſima cuiq̄ natura. Vis ſūma ī pectore eſt: firmitas in capite præcipua. Cū premūtur a canibus cōtēptim recedunt ſubſiſtēteſq̄ interdum ācipiti receſſu diſſimulāt timorē: idq̄ agūt ſi in cāpis patentibus ac nudis urgeātur. Nā ſiluestribus locis quaſi teſtem ignauiæ nō reformidantes quāta poſſūt ſe fuga ſubtrahūt. Cū inſequuntur niſum ſaltu adiuuāt. Cū fugiunt nō ualēt ſalire. Gradiantes mucroneſ unguium uaginis corpoꝝ claudunt: ne acumina attritu tūdāt̄ hoc adeo cuſtodiunt ut non niſi auerſis falculis curāt. Septi a uenātibus obtutu terrā cōtuēt̄. quo minus cōſpectiſ uenabuliſ terreāt̄. Nūq̄ limo uident: minimeq̄ ſe uolunt aſpici. Cātus

gallinaceoꝝ & rotaꝝ timent ſtrepituſ: ſed ignē
magis. Lentophanas accepimus uocari beſti/
as modicas: quæ capite exuruntur ut eaꝝ cine
ris aſpergine carnes pollutæ iactæq; per cōpi/
ta concurrētium ſemitaꝝ leones nocēt: ſi q̄tu
lūcū ꝗ ex illis ſūpſerint. Propterea leones na/
turali eas premūt odio: atq; ubi facultas data ē
morſu quidem abſtinent: ſed dilaniataſ exaīant
pedum niſibus. Spectaculum ex his romæ pri/
mus edidit Sceuola Publii filiuſ ī curuli ædilita
te. Hienā quoq; mittit africa: cui cum ſpina ri/
get collum continua unitate flecti nequit: niſi
toto corpore circūacto. Multa de ea mira pri/
mū ꝗ ſequitur ſtabula paſtoꝝ & audito aſſiduo
addiſcit uocamē quod exprimere poſſit imitati
one uociſ humanæ. In hoīem aſtu accitū noctu
ſæuiat. Vomitus quoq; mētit̃ humāoſ: falſiſq;
ſingultibus ſollicitoſ ſic caneſ deuorat. Qui for
te ſi uenātes ūbrā eius dum īſequūt̃ cōtingerit
latrare nequeūt uoce perdita. Eadē hiena inq/
ſitione corpoꝝ ſepultoꝝ buſta eruit: propterea
ꝓmptius eſt marē capere. Fœminis. n. ingeni
ta eſt callidior aſtutia. Varietaſ multa ineſt ocu
lis: oculoꝝq; mutatio. In quoꝝ pupillis lapis ī
uenit̃ hien dicūt præditū illa poteſtate ut cuius
hoīs fuerit linguæ ſubditus p̄dicat futura. Ve
rū hiena quodcūq; aīal ter luſtrauerit mouere

ſe nō pōt. Quaꝓpter magicā ſcīam īeſſe ei ꝓ/
nūtiauerūt. In æthiopiæ ꝑte coit cū leæna un̄
naſcit̃ mōſtꝝ cui corococte noīn̄ ē. Voceſ hoīꝫ
& ipſa ꝑiter affectat. Nūq; cohibet aciē orbiū
ſed ī obtutū ſiñ uictatione cōtēdit. In ore gigi
ua nulla: dēs unus atq; ꝑpetuus: q ut nunq̄ re
tūdat̃ naturaliter capſulaꝝ mō claudit̃. Interea
q̄ coeūt herbatica eadē africa onagros hēt. In
quo genere ſinguli īperitāt gregibuſ fœminaꝝ
Aemulos libidinis metuunt. Inde ē q̇d' graui
das ſuas ꝑuāt. ut ī editis maribus ſi qua facul/
tas fuerit generandi ſpem morſu detruncent.
Quod cauētes fœminæ ī ſeceſſibus ꝑtus occu
lūt. Africa ſerpētibus adeo fœcūda ē ut mali
huiuſ merito illi potiſſimū palma det̃. Ceraſte
p̄fert quadrigemīa cornicula: quoꝝ oſtētatiōe
ueluti eſca illicitatas aues pimunt. Nā reliqua
corporis de īduſtria harnis tegit: nec ullū iudi/
ciū ſui p̄bent: niſi ex ea parte qua īuitatis dolo
paſſeribus necē perpetuā aucupēt̃. Amphiſbe
na cōſurgit ī caput geminū: quoꝝ alteꝝ ī loco
ſuo ē: alteꝝ ī ea parte qua cauda. Quæ cā effi/
cit ut capite uterq; ſexuſ nitibundo ꝑpat tracti/
bus orbiculatis. Iaculi arbořs ſubeūt: e q̄buſ ui
maxīa turbinati penetrāt aīal quodcūq; obuiū
fortuna fecerit. Scithale tāta præfulget tergi
uarietate: ut notaꝝ gratiā uidentes retardet.

Et quoniam reptando pigrior eſt: quos aſſequi
nequit miraculo ſui capiat ſtupentes. In hoc ta
men ſquamarꝫ nitore hyemales exuuias prima
ponit. Plures diuerſæqꝫ aſpidū ſpecies: uerꝫ di
ſpares effectus ad nocendū. Dipſas ſiti īterficit
Hypanale ſomno necat teſte etiam Cleopatra
emitur ad mortem abarꝫ uirus quoniā medelas
admittit minuſ fame meretur. Hemorroiſ mor
ſu ſauguinē elicit: & diſſolutis uenarꝫ cōmertiis
quicquid animæ eſt euocat per cruorem. Pre/
ſter quem percuſſerit diſtēditur: enormiqꝫ cor
pulentia necatur: extuberatos ictus ſopi ſtat ī
putrendo ſequitur. Sūt & hammoditæ. Eſt et
cenchris. elephantie cherſidrica. Medraconteſ
poſtremo ꝙtus nominū tātus mortium nume
rus. Nam ſcorpiones ſtinci lacertiqꝫ uermibus
nō ſerpentibus aſcribuntur. Monſtra hæc ſi bi
bant clæmentius feriūt. Habēt affectus nō te
mere niſi coniugeſ euagantur. Capto altero uł
occiſo uter ſuperfuerit efferatur. Subtiliora ſūt
capita fœminīs. Alui tumidiores. peſtis nocē/
tior. Maſculus æqualr̄ teres eſt: ſublimior eti
am mitiorqꝫ. Igitur anguibus uniuerſis hebes
uiſus eſt: raro in aduerſum cōtuentur. Nec fru
ſtra cum oculoſ non in fronte habeant ſed in tē
poribus adeo ut citius audiāt ꝙ quid aſpiciāt.
De gemma heliotropio iter æthiopiam africā

cyprum certamen fuit: quæ nam mitteret ge/
neris huius eminentiſſimam. Deprehēſumque
eſt documēris plurimis æthiopicam aut libycā
palmam tenere: uiridi colore eſt non ita acuto:
ſed nubilo magis: & repreſſo ſtellis puniceis ſu
perſparſa. Cauſa nominis de lapidis eſt effectu
& poteſtate lapidis. Deiecta in labris æneis ra
dios ſolis mutat ſanguineo repercuſſu ſepta ex
traque aquam ſplendorem aeris abiicit & auer/
tit. Etiam illud poſſe dicitur ut hærba eiuſdem
nominis mixta & præcantationibus legittimis
conſecrata: eum a quocūque geſtabitur ſubtra
hat uiſibus obuiorum. Inter ſyrtes quāuis ter/
ra pergentibus iter ſyderibus deſtinatur: nec
aliter curſus pateſcit. Nam putris ſoli faciem
aura mutat: & minimo licet uēto tantam diuer
ſitatem flatus efficit: ut ſubinde peruerſis ſyrti
bus locorum nulla inditia agnitioni relinquātꝰ.
cum modo quæ fuerant tumulis ardua ī ualles
reſidunt. Modo quæ uallibus preſſa cœtu pul
ueris aggerantur. Ita enim cōtinens natura ma
ris uim patitur: nec intereſt ubi potius ſint pro
cellæ: cum ad exitum uiantium elementis con/
gruentibus in terris flabra ſæuiant in mari ter/
ræ. Vtræque ſyrtes ducentis quinquaginta mi
libus paſſ. ſeparantur: aliquanto clæmentior
quæ minor eſt. Cn. denique Seruilio C. Sem/

pronio conſulibus, inter hæc uadoſa romanam
claſſem impune accepimus perfretaſſe. In hoc
ſinu mene inſula poſt minturnenſeſ paludes C.
Mario fuit latebra. Supra garamantas pſilli fu
erunt: contra noxium uirus muniti. incredibili
corporis firmitate: ſoli morſibus anguium nõ
interibant: & quãuis dente lœtali appetiti in/
corrupta durabãt ſanitate. Recẽtes etiam edi/
tos ſerpẽtibus offerebãt. Si eſſent partus adul
teri matrum crimina plectebantur interitu par
uulorũ. Si pudici probos ortus a morte pater/
ni ſãguinis priuilegium tuebatur. Sic originis fi
dem probabant ueneniſ iudicantibus. Sed hæc
gens interiit a naſamonibus capta: neqꝫ quicq̃ꝫ
aliud præter opinionẽ de ueſtigio nominis ſui
pſilli reliquerunt. Naſamonitem lapidem naſa/
mones dant ſanguineum uniuerſum nigris ue/
nulis adumbratum. In ĩtimo receſſu ſyrtis ma
ioris circa phylenorum aras lotophagos fuiſſe
diximus. Nec incertum eſt a phylenorum ma/
ri nõ procul palus eſt quam triton amnis ĩfluit
Vbi ſpeculatam ſe artium deam crediderunt.
Maior ſyrtiſ oſtentat oppidum. Cirenas uocãt
quod Bathius lacedemonius olympiade quĩta
& quadrageſima rege Martio res romanas te/
nente: ãno poſt troiam captam quĩgẽteſimo &
octogeſimo ſexto cõdidit. Quæ domus Cali/

machi poetæ fuit patria. Inter hæc oppidũ &
templũ Hammonis milia paſſuum trecẽta ſũt.
Templo fõs proximat ſoli ſacer. Qui humoriſ
nexibus humum ſtringit fauillam etiã ĩ ceſpitẽ
ſolidat: In qua gleba nõ ſine miraculo lucus ui/
ret undiqꝫ ſecus agris arentibus. Illic & lapis le
gitur Hammonis uocãt cornu. Nam ita tortu/
oſus eſt & ĩflexus ut effigiem reddat cornu ari
etis. Fulgure aureo eſt præ diuina ſõnia repræ
ſẽtare dicitur ſubiectus capiti ĩcubãtium. Et ar
bor eſt melopſ nomĩe ex qua profluit lẽtus hu
mor quẽ a loco hãmoniacum noĩamus. Apud
cirenẽſes præterea ſyrpe gignitur odoratis ra
dicibus uirgulto hærbido magis q̃ꝫ arbuſto. cu
ius e culmo exudat æſtatis tẽpore pingue roſi/
dum: idqꝫ paſcẽtium hircoꝝ ĩhæret barbulis.
Vbi cum arefactum ĩoleuit guttis ſtiriacis legi
tur ad uſum menſaꝝ uel medelæ magis. Dictũ
eſt primum ſyrpicum quoniã manat ĩ modum
lacteũ. Deĩde uſu deriuãte laſer noĩatũ. Quæ
germina initio barbaricæ impreſſionis uaſtatis
agris. Poſtea ob ĩtolerãdam uectigaliſ nimieta
tem ferme penitus ipſi accolæ eruerunt. Cire/
nis ab leua africa ẽ: ab dextera ægyptus: a frõ
te ſæuũ & ĩportuoſũ mar̃: a tergo barbaroꝝ ua
riæ natõnes & ſolitudo ĩacceſſa ĩcultaqꝫ & ſqua
lẽſ quæ baſiliſcũ creat malũ in terris ſingulare.

Serpens eſt pene ad ſemipedem longitudinis:
alba quaſi mitrula. Lineatus caput nec hoīnū
tantum nec aliorum animantium exitiis datus.
Sed terræ quoque ipſius quam polluit & exu/
rit: & ubicunque ferale ſortitur receptaculum.
Denique extingit hærbas: necat arbores: ip/
ſas etiam corrumpit auras: ita ut in aera nulla
alitum impune tranſuolet infecta ſpiritu peſti/
lenti. Cum mouetur media corporis parte ſer/
pit: media arduus eſt & excelſus. Sibilum eius
etiam ſerpentes alii perhorreſcunt. Et cum ac/
ceperint fugam quæque quoquo poſſunt pro/
perant. Quicquid morſu eius occiditur: nō de
paſcitur. Fera non attrectat ales. Muſtellis tā
tum uincitur: quas illic homineſ inferunt cauer
nis in quibus dilitеſcat. Vis tamen nec defunc
to deeſt quidem. Deniqꝫ baſiliſci reliquias am/
plo ſextertio pergameni comparauerūt ut ædē
Apellis manu inſignem nec araneæ intexe/
rent: nec alites inuolarent cadauer eius reticu/
lo aureo ſuſpenſum ibidem locauerunt. Circa
extimum ſyrtium illarum berenicem ciuitatem
aluit lethon amnis inferna ut putant inundatio
ne prorūpens: & apud priſtinoſ uates latex me
moratus obliuionis. Hanc beronicem muniuit
quæ Ptolæmeo tertio fuit nupta: & in maiori
ſyrti locauit. Omē aūt latifundum quod inter

ægyptum æthiopiam libyamqꝫ diffūditur quā
cunqꝫ lucis opacum eſt uarium impleuit ſimiaꝝ
genus. Nec quiſquam offenſus nomine cogni/
tione grauetur. Enimuero operepretium eſt ni
hil omittere: in quo naturæ ſpectanda ſit pro/
uidentia. Vulgus ſimiarum in his eſt quas paſſī
uidemus non ſine ingenio æmulandi. quo facili
us in manus ueniunt. Nam dum auidæ uenan/
tium geſtus affectant: relicta conſulto uiſci un/
guilla: quod mendacio factum uident oculos ſu
os obliniunt. Ita uiſu obducto pronum eſt eas
corripi. Exultant noua luna. Triſtes ſunt cor/
nuto & cauo ſydere. Immoderate fœtuſ amāt:
adeo ut catulos facilius amittant: quos impen/
dio diligunt: & ante ſe geſtāt: quoniā neglecti
pone matrē ſemper hærēt. Circopiteci caudas
habēt. Hæc diſcrectio eſt īter priuſ dictas. Ce
nocephali & ipſi ſunt e numero ſimiarū ī æthio
piæ partibus frequentiſſimi uiolenti ad ſaltū.
feri morſu. nunquā ita manſueti ut non ſint ma
gis rabidi. Inter ſimias habētur & ſphinges uil
loſæ comis: mammis prominulis ac profundis
dociles ad feritatis obliuionem. Sūt & quas uo
cant ſatyros facie admodum grata: geſticulatis
motibus inquietæ. Callitrices toto pene aſpec
tu a cæteriſ differūt. In facie barba eſt: lata cau
da. Has capere nō eſt arduū: ſed proferre raꝝ.

Neq; enim uiuũt in altero q̃ methyopico hoc
eſt ſuo cælo.

36. cap

De amatibus & aſbitis

i Nter naſamonas & troglodytas gẽs aman
tũ eſt: quæ ſalibus domos extruũt: quos in
modũ cautiũ e mõtibus excitatos ad uſum ediũ
cemẽtiis nectũt ſtruitibus. Tanta ibi huiuſce
uenæ copia eſt: ut tecta faciãt e ſalinis. Hi ſũt
amates qui cõmertia cum troglogytis habẽt.
Carbũculi gemæ citra amates propriores na/
ſamonibus. Aſbitæ laſere uiuunt: hoc alũtur:
hoc illis dulce eſt.

37. cap

De garamãtibus & ĩſula gauleon

g Aramãtũ oppidũ eſt debris fõte miro qui
deniq; alternis uicibus die frigeat: nocte
ferueat. ac per eadem uenaꝶ cõmertia interdũ
ignito uapore æſtuet. Interdũ glaciali horrore
algeſcat. Incredibile memoratu ut tã breui tẽ/
poris circulo natura tã diſſonã ſui faciat uarieta
tem. Idq; qui percõtari uelit tenebris ineſſe flu
ori illi æternã facem credat. Qui rimetur die
brumales ſcatebras nunq̃ aliud exiſtimet q̃ p
petuo rigere. Vnde non immerito per gentes
debris inclyta eſt. Cuius aquæ & cæleſti uerti
gine mutant qualitatem quãuis controuerſa ſy
deꝶ diſciplina. Nã cũ mundum a calore ueſper
tẽperet ab occaſu ĩcipit ita ĩcaleſcere ut ĩ tactu

abſtineas noxiũ ſit cõtigiſſe. Rurſum cũ ortus
ſolis incãduerit: & radiis ferueſacta ſũt omnia:
ſic glaciales euomit ſcaturigines: ut hauriri eti
am a ſitiẽtibus nõ queat. Quis ergo nõ ſtupe/
at fontem qui friget calore: calet frigore. Ga/
ramãticæ regionis caput garamana eſt: ad quã
iter diu inextricabile fuit & inuium. Nã latro/
nes puteos harenis operiebãt ut tẽporali frau
de ſubductis aquis in fame & ſiti iter ſubmoue
ret acceſſus uiantiu;. Sed Veſpaſiano principe
bello quod cũ oenenſibus geſtũ eſt difficultas
hæc interiit compẽdio ſpatii breuioris reperto
Garamantas Cornelius Balbus ſubegit: & pri
mus ex hac hyſtoria triumphauit: primuſ ſane
de externis ut pote qui gadibus genitus acceſ/
ſit ad gloriam nominis triumphalis. Armenta
gentis iſtius obliquis ceruicibus pabulantur.
Nam ſi recta ad paſtũ ora dirigãt officiũt ꝓna
ĩ humũ cornua & obnixa. Ex pte qua cercina ẽ
accepimus gauleon inſulã. In qua ſerpens neq;
naſcitur neque uiuit inuecta. Propterea iactus
ex ea quocunque gentium puluiſ arcet angueſ:
Scorpiones ſuperiactus illico perimit.

38. cap

De æthiopibus & eorum mirabilibus

a Ethiopes & Atlanticæ gentes tygri
flumine diuidũtur: quam partem putãt

nili. Sic papyro uiret: Sic calamo prætexitur.
Animalia eadem edit. Iiſdem temporibus exun
dat. Intra ripas tunc quoque redit cum conten
tus eſt alueo ſuo nilus. Garamantici æthiopes
matrimonia priuatim neſciunt. Sed oĩbus uul
go in uenerem licet. Inde eſt ꝙ filioſ matreſ tã
tum recognoſcunt. Nam paterni nominis nul/
la reuerẽtiã eſt. Quis enim uerum patrem no
uerit in hac luxuria inceſti laſciuientis. Ea prop
ter garamantici æthiopes inter omnes popu/
los degenereſ habentur. Nec immerito qui af/
flicta caſtitatis diſciplina ſucceſſionis notitiam
ritu improbo perdiderunt. Nomen æthiopũ
late patet in parte africana. Quam a meroe di/
uidit libya. Plurimæ eorum ſunt & uariæ nati/
ones. Harũ e numero nomades cinocephaloꝝ
lacte uiuunt. Suerboti longi ſũt ad pedes duo/
decim. Azachei captos uenatibus elephantos
deuorant. Apud ſambales nulla eſt aurita qua
drupes: nec elephanti quidem his proximi ſũ/
mam regiæ poteſtatis eam tradunt de quorũ
motibus quidam imperite augurantur mari/
timos æthiopas quaternos oculos dicunt ha/
bere: Sed fides alia eſt. Illi denique quod &
uident plurimũ: & manifeſtiſſime deſtinãt iac/
tus ſagittaꝝ. Occidentẽ uerſus agri ophagi te
nẽt q ſolas pantheraꝝ & leonum carnes edũt.

Rege præditi: cuius in frõte oculus unus eſt.
Sunt & pãphagi: quibus eſca eſt quicquid man
di poteſt & omia fortuitu gignẽtia. Sũt antro/
pophagi: quoꝝ mores uocam ſonat. Einomo/
logos aiũt habere caninos rictus et prominula
ora. Artabatitæ proni atqꝫ quadrupedes. nec
ſecus ac feræ ſine ſedibus euagãtur. Confines
mauritaniæ certo tempore locuſtas terreſtres
legunt durataſqꝫ ſalſugine ĩ præſidium uitæ ſo
las hẽnt. Sed ex illis quadrageſimũ æui ãnum
nullus ſupgredit̃. Ab oceani æſtu ad meroen
quã inſulã amplexu primo nilus facit: milia paſ
ſuum ſexcenta triginta ſũt. Vltra meroen ſup
exortũ ſolis macrobii æthiopes uocantur. Di/
midio. n. eoꝝ protenſior eſt q̃ꝫ noſtra uita: hi
macrobii iuſtitiam colũt: amant æquitatẽ: plu
rimum ualent robore: præcipua decẽt pulchri
tudine: ornantur ære: aur̃o uincula faciũt. No
xioꝝ locus apud eos eſt heliatropera opiparis
epulis ſemper referctus: quibus indiſcrete oẽs
ueſcuntur. Nam etiã diuinitus eas augeri ferũt
Eſt etiã ibi lacus quo perfuſa corpora uelut oli
uo niteſcunt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus
ſane adeo liqdus eſt ut ne caducas quidẽ uehat
frõdeſ: ſed illico folia lapſa ad fundum dimittat
laticis tenuitate. Vltra hos deſertæ inhuma/
næ ꝑ ſolitudines aduſqꝫ arabicoſ ſinus. Deinde

in ultimis orientis monſtruoſæ gentium facies
Aliæ ſine naribus æquali totius oris planitie ĩ
formes habẽt uultus. Alii cõcreta ora ſunt mo
dicoꝙ tantum foramine calamis auenaꝝ paſtuſ
hauriunt. Nonnullæ linguis carent: in uicem
ſermonis utentes nutibus moribuſqꝫ. Quædã
ex iſtis nationibus ante Prolæmeum Latyrum
regem ægypti incognitũ habuerunt ignis uſũ.
Aethiopia omnis ab oriente hiberno ad occi/
dentem hibernum tenet quicquid eius eſt ſub
meridiano cardine lucis nitet. Qui maxime ri/
rent hyeme. A meridiana parte mons editus
mari imminet ingenio igni peræternum ferui/
dus & inquietus iugis flagrantibus. Inter quæ
incẽdia iugis æſtus draconum magna copia ẽ.
Porro ueris dracũibus ora pua & ad morſus nõ
dehiſcentia: ſed arctæ fiſtulæ per quas & tra/
hunt ſpiritus: & linguas exerunt. Quippe non
in dentibus uim ſed in caudis habent: & uerbe
re potius q̃ꝫ rictu nocent. Exciditur e cerebris
dracontias lapis. Sed lapis non eſt niſi detraha
tur uiuentibus. Nam ſi obeat prius ſerpens cũ
anima ſimul euaneſcit duricies ſoluta. Vſu eiuſ
orientis reges præcipue gloriantur: quãquam
nullum lenocinium artis admittat ſoliditate: &
quicquid in eo nobile eſt non manus faciunt:
nec alterius q̃ꝫ naturæ candor ſit quo reluceat

Auctor Sothagus gemmam hanc etiam ſibi ui
ſam ſcribit: & quibuſ intercipiatur modis edo
cet. Præſtantiſſimi audacia uiri explorant an/
guium foueas & receptus. Inde præſtolati
ad paſtum exeuntes præteruectique parcitis
curſibus obiiciunt gramina medicata quantum
poteſt ad incitandum ſoporem. Ita ſomno ob
ſitis e capitibus execant lapides: & de manu/
biis præcipitis auſi prædam reuehunt teme/
ritatis. Quae locorum æthiopes tenent fe/
ris plena ſunt. E quibus quam nabum uocant
nos camelopardalum dicimus. Collo equi ſimi/
lem. Pedibus bubalinis. Capite camelino. Ni/
tore rutilo. Candidis maculis ſuperſparſi. Hoc
animal Romæ circenſibus dictatoris Cæſaris
primum publicatum. Iiſdem ferme tempori/
bus illic exhibita monſtra ſunt ceffos appel/
lant. Quorum poſteriores pedes crure &
ueſtigio humanos artus mentiuntur: priores
perinde hominum manus referunt. Quæ ta/
mẽ a noſtris non amplius quam ſemel uiſa ſunt
Ante ludos. Cn. Pompei rhinocerontem Ro/
mana ſpectacula neſciebant. Cui beſtiæ co/
lor buxeus. In naribus cornu unicum: & re/
pandum. Quod ſubinde attritum cauti/
bus in mucronem excitat. Eoque aduerſus

Elephātos proeliatur. par ipſis prope lōgitudi ne: breuior cruribus: naturali tælo aluum pe/ tens: quam ſolā intelligit ictibus ſuis peruiam. Iuxta tygrim fluuium catoblepas naſcitur mo/ dica atq; iners beſtia: caput prægraue ægrefe/ rens: aſpectu peſtilenti. Nam qui ī oculis eius oſtēderint protinus uitam exuūt. Formicæ ibi ad formam canis maximi harenas aureas pedi/ bus eruunt quos leoninos habēt: quas cuſtodi unt ne quis auferat: captātesq; ad necem proſe quuntur. Eadē æthiopia mittit licaonē lupum ceruice iubatum: & tot modis uarium ut nullū illi colorem dicāt abeſſe. Mittit & parādrū bo um magnitudine: biſulco ueſtigio: ramoſis cor nibus: capite ceruino: urſino colore: & pariter uillo profūdo. Hūc parādrum affirmāt habitū metu uertere.: & cum diliteſcat fieri ad ſimili/ tudinem cuicūq; rei proximauerit ſiue illa ſaxo alba ſit ſeu fruteto uirēs: ſiue quā aliā præferat qualitatē. Faciūt hoc idē in mare polipi. In ter ra cameleontes. Sed & polipus & cameleō gla bra ſunt ut poſſit tutis leuitate ſpeculi modo proximantia æmulari. In hoc nouū eſt & ſingu lare hirſutiā pili: colorꝫ uices facere. Hinc eue/ nit ut difficulter capi poſſit. Aethiopicis lupis proprium eſt quod in ſaliendo ita niſus habent alitis ut non magis proficiant curſu q̄ meatu.

Homines tamen nūq; impetūt. Bruma comati ſunt: æſtate nudi. thoas uocāt. Hiſtrix quoq; inde loci frequētiſſima erinaciis ſimilis: Spinis tergum hiſpida. Quas pleꝛq; laxatas iaculatio ne emittit uolūtaria.: ut aſſiduis aculeoꝛ nym bis canes uulneret ingruentes. Illius cæli ales eſt pegaſus. Sed hæc ales equinum nihil præ ter aures habet. Tragopa quoq; auis maior aq lis cornibus arietinis præferēs armatū caput Aethiopes legunt cinamum. Id frutetum ſitu breui naſcitur: ramo humili & repreſſo.: nūq; ultra duas ulnas altitudinis/ Quod gracilius ꝓ uenit eximium magis ducitur. Quod ī craſſitu dinem extuberatur deſpectui eſt. Veꝛ legitur per ſacerdotes hoſtiis prius cæſis. Quas cum litauerint obſeruatur ut meſſis nec ortum ſolis niſi anticipet nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatum tenet ſarmentoꝛ aceruos haſta diuidit. quæ ſacrata eſt ī hoc miniſteriū: Atq; ita portio manipuloꝛ ſoli dicatur: quæ ſi iuſte diuiſa eſt ſponte incenditur. Inter hæc quæ di/ ximus nitore ceruleo hiacyntus inuenitur. la/ pis precioſus: ſiquidem inculpabilis inueniatur Eſt enim uitiis nō parce obnoxius. Nā pleꝛq; aut uiolatio diluitur: aut nubilo obducitur: aut albicantius in aquaticum eliqueſcit. Optimus ī illo tenor: ſi nec dēſiore fuco ſit obtuſior: nec

propēſa perſpicuitate detectior: ſed ex utroq̃
temperamento lucis & purpuræ moderatū ſua
uiter florem trahit. hic eſt qui ſentit auras: cū
cælo facit mutationem: nec æqualiter rutilat:
Cum autem nubiloſus eſt aut ſerenus dies præ
terea in os miſſus magis friget. Sculpturis cer/
te minime accomodatus: ut qui attritum reſpu
at: nec tamen penitus inuictus eſt. Nā adamā/
te ſcribit̃ & notatur. Vbi hiacynthus ibi & cri/
ſopraſuſ apparet. quem lapidem lux celat. Pro
dit obſcurum hoc enim eſt in illo diuerſitas ut
nocte igneus ſit: die palliduſ. Ex ipſo ſolo ſumi
mus emathitem rubore ſanguineo: ac propterā
emathites uocatus.

39 cap

De ultimis gentibus libyæ.

q Vod ab atlante aduſq̃ canopitanum hoſti
um panditur. Vbi libyæ finis eſt & ægyp
tium limen dictum a Canopo Menelai guber/
natore ibi ſepulto in ea inſula quæ hoſtium ni/
li facit gentes tenent diſſonæ. quæ in auiæ ſoli
tudinis ſecretum receſſerunt. Ex his atlātes ab
humano ritu prorſus exulant. nulli propriū uo
cabulum: nulli ſpeciale nomen. Diris uultibus
ſolis ortus excipiunt. Diris occaſus proſequun
tur. Vſtiq̃ undiq̃ torrentiſ plagæ ſydere: ode
runt deum lucis. Affirmāt eos ſomnia non ui/
dere & abſtinere penitus ab animalibus uniuer

ſis. Troglodytæ ſpecuſ excauant: illis tegunt̃:
nullius ibi habendi amor: a diuitiis paupertate
ſe abdicarunt uoluntaria. Tantum lapide uno
gloriantur quem exconthalitton uocant tam di
uerſis notis ſparſum ut ſexaginta gemmarum
colores in paruo eius orbiculo deprehendant̃.
Iſti carnibus uiuunt ſerpentium. ignarique ſer/
monis ſtridunt potius q̃ loquuntur. Augulæ
uero ſolos colūt inferos: fœminas ſuas primis
noctibus nuptiaꝝ adulteriis cogūt patere mox
ad perpetuam pudicitiam legibuſ ſtringunt ſe/
ueriſſimis. Gamphaſantes abſtinent prœliis:
fugiunt commertia: nulli ſe externo miſceri ſi/
nunt. Blemyaſ ſed non eoſ qui uicina rubro ma
ri incolunt credunt truncos naſci parte qua ca/
put eſt: os tamen & oculos habere in pectore
Satyri de hominibus nihil aliud præferunt q̃
figuram. Egypanes hoc ſunt quod pingi uide/
mus. Himatopodes flexis niſibus crurū repūt
potius q̃ incedunt: & pergendi uſum lapſu ma
giſ deſtinant q̃ ingreſſu. Pharuſi cum Herculi
ad heſperidas pergenti forent comites itineris
tedio hic reſederunt. Hactenus libya.

90 cap

De ægypto & de his quæ ſunt in eo.

a Egyptus a meridie introrſuſ recedit quoad
prætēdāt æthiopes. A tergo iferiore eiuſ

partem nilus circūfluit: qui ſciſſus a loco cui del
ta nomē eſt ad inſulæ ſpatia āplectitur īterami
na & incerto pene fonte decurrēs proditur ut
loquemur. Originem habet a mōte inferioris
mauritaniæ qui oceano propinquat. Hoc affir/
mant libri punici: hoc Iubam regem accepimuſ
tradidiſſe. Igitur protinus lacum efficit quē ni/
lidem dicūt. Nilum aūt iam inde eſſe cōiectāt.
ꝙ hoc ſtagnū hærbas: piſces: beluas nil minus
procreet q̄ꝫ in nilo uidemus. At ſi quādo mau/
ritaniam unde ei origo eſt aut niuibus denſiori
bus aut himbribus largioribus irrigatur incre/
mēta exundationis in ægypto augeantur. Sed
effuſus hoc lacu harenis ſorbet̃: & cuniculis cæ
cis abſconditur. Deinde ī cæſarienſi prorūpens
amplior eadem indicia præfert: quæ in exortu
notauimus. Rurſuſqꝫ ſubdidit: nec prius reddit
q̄ꝫ poſt interualla itineris extēti cōtingat æthi
opas. Vbi exit nigrum facit fluuium quē ſupra
diximus eſſe terminum limitis Africani. Alca/
pum eum inde gentes uocant: ſcilicet aquā e te
nebris profluentem. Multaſ magnaſque ambit
inſulas. Quarum pleræque ſunt tam diffuſæ:
uaſtæqꝫ magnitudinis ut uix eas dierum quīꝗ
curſu prætermeet: quāuis concitus ibi feratur
Nobiliſſima earum eſt meroe circa quam diui/
ſus dextro a lueo aſcaporſ: leuo aſtaborſ acta/

pores nomināt̃. Tūc quoque emerſus magna
lōginquaque loca cum primū occurſātibus ſco/
pulis aſperatur: tātis agminibus extollitur īter
obiecta rupium ut ruere potius q̄ꝫ manare cre
datur. Demumque a cataracte ultimo tutus ē.
Ita enim quædam clauſtra eius ægyptii nuncu
pauerūt. Relicto tamē hoc pone ſe nomīe quo
tygris uocatur: mox ī oſſēſus meat ſeptem ho/
ſtiis: conditur in meridiem uerſus: excipitur
ægyptio mari. Ignari ſyderum uel locorum ua
rias de exceſſibus eiuſ cauſaſ dederūt. Alii affir
māt ethesias nubium dēſitatem illo cogere: un
de amnis hic auſpicatur: ipſumque fontē ſuper/
no humore ſublatum tātam inūdationiſ habere
ſubſtātiam: quā tam bibula ad liquorem nubila
ſubminiſtrauerīt. Ferūt alii ꝙ uentorꝫ flatibus
repercuſſus cum fluorem ſolitæ uelocitatis nō
queat promouere: aquis ī arcto luctantibus in
tumeſcat: & quāto impēſius cōtrouerſi ſpiritus
repugnauerīt: tāto excelſius ſublimari ī altitu
dinis uertices repercuſſam celeritatem: quādo
nec ſolitus extenuet curſus alueum: & ſtipato
iam flumine uenis originalibus torrētium pon
dera ſuperueniant. Ita concordi uiolentia hinc
urgentis elemēti: hinc reſiſtentibus undis exul
tātibus molem colligi: quæ exceſſus facit. Nō
nulli affirmāt fōtem eius qui fialus uocatur ſy/

derum motibus excitari: extractumqꝫ radiis cā
dentibus cæleſti igne ſuſpendi: non tamen ſine
certa legis diſciplina hoc eſt lunis cœptantibus
Verꝫ omēm exceſſus originem de ſole fieri: pri
māqꝫ exultantiam tumoris concipi cum per cā
crum ſoluebatur. Poſtmodum triginta eiuſ par
tibus euolutis ubi ingreſſus leonem ortus ſiri/
os excitauerit propulſo omī fluore tantam uim
amnis erumpere. Quod tempus ſacerdotes na
talem mundi indicauerūt. id eſt in. xiii. Kalen.
auguſtas & undecimum diem deinde reuocare
exitus uniuerſos cum ī uirginem tranſeat: peni
tuſque inter ſuas ripas capere: cum librā ſit in/
greſſus. Hoc etiam addunt pariter eum nocere
ſiue abundantius exæſtuet: ſiue partius: quan/
doquidem exiguitaſ minimum fœcunditatis ap
portet. Propenſior copia diuturno humore cul
turam moretur. Maximos deinde exitus eius
duo de uiginti conſurgere iuſtiſſimoſ: ſexdecim
temperari: nec in quindecim abeſſe prouentus
fructuarios. Sed quicquid intra fit famem face
re. Dāt illi etiam hoc maieſtatis ut portēdat fu
tura argumētantes quādoquidē pharſalico bel
lo non fuerit egreſſus quinqꝫ ulnas. Iam illud
palam eſt ꝙ ſolus ex amnibus uniuerſis nullas
expiret auras. Ditionis ægyptiæ eſſe incipit a
ſyene: in qua fineſ æthiopum: & inde uſque dū

mari intimatur nili nomē tenet īter omīa quæ
ægyptus hebet digna memoratu præcipue bo
uem mirantur apim uocant. Hunc ad inſtar co
lunt numinis: īſignem notæ albæ macula quæ
dextro lateri eius ingenita corniculantis lunæ
refert faciem. Statutum æui ſpatium eſt quod
ut affuit: profundo ſacri fontis immerſus neca/
tur: ne diem longius trahat q̃ꝫ licebit: mox al
ter nec ſine publico luctu requiritur: quem re/
pertum centum antiſtites memphim proſequū
tur. Vt incipiat ſacris ibi iniciatus ſacer fieri.
Delubra quibus ſuccedit aut incumbat miſtice
thalamos nominant. Dant omnia manifeſtan/
tia de futuris illud maximum ſi de conſulentis
manu cibum capiat. Denique auerſatus Ger/
manici Cæſaris dextram prodidit ingruentia.
Nec multo poſt Cæſar extinctus eſt. Pueri
apim gregatim ſequuntur: & repente uelut
lymphatici uentura præcinunt. Bos illi fœmi/
na oſtenditur in anno ſemel & ipſa non abſque
certis inſignibus qua inuenta & oblata eſt eadē
die neci datur. Apis natalem memphitici cele/
brant. Iactu aureæ pateræ quam proiciunt
in nili ſtatum gurgitem hæc ſolennitas per
ſeptem dies agitur. Quibus diebus cum
ſacerdotibus quaſdam crocodilli inducias ha/
bent. nec attrectant lauantes. Verum octa/

uo die cerimoniis iam peractis uelut reddi/
ta ſæuiendi licentia ſolitam reſummunt atro
citatem. Crocodillus malum quadrupes &
in terra & in flumine pariter ualet: linguam nõ
habet. Maxillam mouet ſuperiorem: Morſus
eius horribile tenacitate cõueniunt ſtipante ſe
dẽtium ſerie pectinatim. Plerũque ad. xxx. ul/
nas magnitudinis eualeſcit. Qualia anſeris edit
oua. Metatur locum nido naturali prouidentia
nec alibi fœtus premitur q̃ꝫ quo creſcentis nili
aquæ nõ poſſunt peruenire. In partu fouendo
mas & fœmina uiceſ ſeruãt. præter hiatũ oriſ
armatus eſt etiam unguium immanitate. Noc/
tibus in aqua degit: per diem humi acquieſcit.
Circũdatur maxime cutis firmitate in tãtum ut
ictus quouis tormento adactos tergore reper/
cutiat. Strophilos auis paruula eſt ea dum re/
dimias eſcarum affectat os beluæ huiuſce pau/
latim ſcalpit: & ſenſim ſcalpurigine blandiente
aditum ſibi in uſque fauces facit. Quod enchy
drus cõſpicatus penetrat beluam: populatiſq̃ꝫ
uitalibus eroſa exit aluo. Eſt & delphinum ge/
nus in nilo: quorum dorſa ſerratas habent cri/
ſtas. Hi delphini crocodillos ſtudio eliciunt ad
natãdum: demerſiq̃ꝫ aſtu fraudulento tenera
uentrium ſubternatantes ſecant: & interimũt.
Prætereca habitãt in inſula nili homines forma

perexigui: ſed audacia eouſq̃ꝫ pditi: ut crocodil
lis ſe offerãt obuios. Nã hæc mõſtra fugiẽteſ
inſequuntur: formidant reſiſtẽtes. Ergo capiũ
tur: ſubactique etiam ĩtra aquas ſuas ſeruiunt:
& perdomiti metu ita obſequũtur: ut immemo
res atrocitatis uictores ſuos in equitãtis dorſo
uehant. Hanc ergo inſulã & hãc gentẽ ubicũq̃ꝫ
inditio odoriſ perſẽſerĩt procul fugiũt. In aqua
obtuſius uidẽt: in terra acutiſſime. Hyeme nul
lum cibum capiũt. Quinetiã quattuor menſes
a cœptu brumæ inedia exigunt. Sinci quoque
circa nilum frequentiſſimi: crocodilliſ equidẽ ſi
miles: ſed forma modica & anguſta. Verum ad
opem ſalutarem nõ qualibet neceſſarii. Meden
tes quippe ex his pocula inficiũt: quibus & ſtu
por excitetur: & ueneni uis extinguatur. Hip/
popothamus in eodẽ flumine ac ſole naſcitur.
equo & dorſo & iuba & hĩnitu: roſtro reſupino
ũgulis bifidiſ: aprinis dẽtibus: cauda tortuoſa.
Noctibus ſegetes depaſcit: ad quas pgit auer
ſus aſtu doloſo ut fallẽte ueſtigio reuertẽti nul
læ ei ĩſidiæ præparẽt. Idem cum diſtẽditur ni
mia ſatietate harundines recens cæſas petit. p
quas tam diu oberratur quoad ſtirpium acuta
pedes uulnerẽt. Vt pfluio ſanguinis leuet ſa/
gina. Plagam deinde ceno oblinit: uſq̃ꝫdũ uul/
nuſ conducatur in cicatricem. Hippopodamos

& crocodillos primus romam M. Scaurus iuexit. Circa eaſdem ripas ales eſt ibis: ea ſerpētium populatur oua: gratiſſimamq; ex his eſcam nidis ſuis defert. Sic rareſcunt prouētus fœtuum noxiorum. Nec tamen aues iſtæ tantum intra fines ægyptios proſunt. Nam quæcunque arabicæ paludes pennatorum anguium mittūt examina: quorum tam citum uirus eſt ut morſum ante mors q̄ dolor inſequatur. Sagacitate qua ad hoc ualent aues excitatæ in procinctum eunt uniuerſæ: & priuſq̄ terminos patrios externū malū uaſtet in aere occurſāt catervis peſtilētibus. Ibi agmē deuorāt uniuerſum. Quo merito ſacræ ſunt & illæſæ. Ore pariūt nigras ſolum peluſiū mittit: reliqua pars cādidas. De arboribus quas ſolas fert ægyptus præcipua eſt ficus ægyptia: foliis moro cōparāda: poma nō ramis tantū geſtitans: ſed ex caudice uſque adeo fœcūditatis ſuæ āguſta eſt. Vno āno ſepties fructū efficit. Vnde pomū decerpſeris alterū ſine mora protuberat. Materia eius in aquā miſſa ſubſidit. Deinde cū diu deſederit in liquore leuior facta ſuſtollit̃. Et uerſa uice quod natura in alio ligni gener̃ nō recipit. Fit humore ſicca. Palma quoq; ægyptia dicēda res eſt proprie ad ipſos uocatur ut dici oportuit: eaq; guſtata arcet ſitim. Odor eidem qui & maliſcydo

niis. Sed demum ſitim ſedat ſi prius q̄ maturu erit decerpatur. Nam ſi matura ſummatur ſenſum intercipit: greſſum præpedit: linguam retardat: obſeſſiſq; officiis mentis & corporis uitium ebrietatis imitat̃. Egyptium limitem ad diacæ cacumen tendit. Incolunt populi qui momentum quo reparari mundum ad motus ferunt annuos hoc ſtudio deprehendunt. Eligit̃ ſacer lucus in quo conſeptant animalia diuerſiſſimi generis. Ea ubi ad ſtatutam lineam cæleſtis uertigo prouecta eſt ſenſus ſuos ſignificationibus produnt quibuſ poſſunt. Alia ululāt: alia mugiunt: quædam ſtridunt: quædam rudiunt: nonnulla ſimul confugiunt ad uolutabra. Hoc argumentum illis eſt magiſterium ad inditium temporis deprehendendi. Idem populi ferunt a primis ſibi gentis ſuæ auis traditum ubi nunc occaſus quondam ibi ortus ſolis fuiſſe. Inter ægyptias urbes numero portarum thebæ nobiles: ad quas commertia arabes undiq; gētiū ſubuehūt. hic r̃gio thebaica. Abedos & ipa nobilis: oli Mēnonis r̃gia ñc Oſiris fano exculta. Alexādriā & opis ipſius magnitudo & auctor Alexāder macedo nobilitāt. quā metatus Democrates architectuſ ſecūdū poſt cōditorē inter m̄morabilia locū ſortituſ ē. cōdita āt alexādria eſt xii. centeſimaq; olympiade L. Papirio

Spurii filio. C. Petilio Caii filio conſulibus ro/
manis hand longe ab hoſtio nili fluminis quod
heracleoticon alii: alii canopicon appellãt. Eſt
& pharos colonia a Cæſare dictatore deducta
Ex qua facibus accenſis nocturna dirigitur naui
gatio. Nam alexandria inſidioſo acceſſu aditu
fallacibus uadiſ cæco mari tribuſq; ue tãtum ca/
nalibus admittit nauigãtes. Poſſideo: thegano
tauro: Hinc igitur ĩ portibus machinaſ ad præ
lucẽdi miniſterium fabricatas pharos dicunt.
Pyramides turres ſunt ĩ ægypto faſtigiatæ
ultra excelſitatem omnem quæ fieri manu poſ/
ſunt. Itaque mẽſuram umbrarum egreſſæ nul/
las habent umbras. Nunc ab ægypto promo/
ueamus ſtilum.

De arabia & thure myrrha
cinnamo phœnice ſardoni
ce & aliis lapidibus.

u Ltra peluſiacum hoſtium arabia eſt ad ru/
brum pertinenſ mare: quod erythreum ab
Erythro rege Perſei & Andromadæ filio ñ ſo
lum a colore appellatum Varro dicit. qui affir/
mat in littore maris iſtius fõtẽ eſſe quẽ ſi oues
biberĩt mutent uelleꝝ qualitatẽ: & antea cãdi
dæ amittãt qđ fuerint uſqꝫ ad hauſtũ ac fuluo
poſtmõuꝫ nigreſcãt colorẽ. Rubri ãt mariſ arſi
noe oppidũ. ueꝝ hæc arabia ꝓcedit aduſqꝫ illã

odoriferam & diuitem terram quam catabani
& quiſcenitæ tenent. Arabes nobiles monte
caſſio. Quiſcenitæ cauſas nominis inde ducunt
ꝗ tentoriis ſuccedunt: nec aliaſ domos habẽt.
Ipſa autem tentoria cilicia ſunt. ita nuncupant
uelamenta caprarum piliſtexta ſuillis carnibus
prorſus abſtinent ſane hoc animalis genus ſi in
uentum illo fuerit illico moritur. Hanc arabiã
græci eudemonem noſtri beatã nominauerũt.
Habitatur colle manufacto inter flumen tygrĩ
& flumen euleum: Quod ortum a medis tã pu
ro fluore inclytum eſt. Vt inde omẽs reges nõ
alias ꝗꝫ eius aquas bibant. Eudemonem nõ fru
ſtra cognoiatam. Hinc capeſſas ꝗ præter odo
res quos creat plurimoſ ſola thus mittit: nec ta
men uniuerſa. Nam in medio eius ſunt aſtrami
tæ paguſ ſabeoꝝ a qua octo manſionibus regio
thurifera diſterminatur. Arabia appellata eſt
id eſt ſacra. hoc enĩ ſignificari interpretantur.
Virgulta hæc non ſunt publica: ſed quod inter
barbaros nouum in ius poſterioꝝ per ſucceſſio
nes tranſeunt familiarium. Ergo quicũqꝫ domi
natum iſtius tenent nemoris arabice ſacri uocã
tur. Iidem illi cum lucos iſtos uel metuũt uel ĩ/
cidũt nõ funeribus ĩterſũt nõ congreſſionibus
fœminaꝝ polluũt. Hãc arborẽ prius ꝗꝫ peni/
tus fides proderetur alii lentiſco alii mare the/

rebintho comparabant uſque dum libris quos
Iuba rex ſcripſit ad Cæſarem Auguſti filiũ pa
lam fieret: intorto eã eſſe uimine: ramis ad ace
ris qualitatem: amygdali modo ſucum ſũdere:
incidi ortu caniſ flagrantiſſimis ſolibus. In iiſdẽ
ſaltibus myrrha prouenit: cuius radices ut uiti
um raſtris ꝓficiũt: ablaqueationibus gaudẽt.
Nudatæ pinguiori fluit lachryma ſpõte manãſ
precioſior ex ea ſudor eſt elicitus corticis uulnẽ
re uilior iudicatur. Codex in uertiginem flexus
& ſpinis hiſpidus: folium criſpiuſ licet: oliuæ ta
men ſimile. Maxima altitudo extollitᷣ ad qnq;
cubita ꝓceritatis. Arabes ſarmẽtis eius ignes
fouent: quorum fumo ſatiſ noxio niſi odore cre
mati ſtoracis occurant. Pleriq; inſanabileſ mor
bos contrahunt.. Iidem arabes legunt cynna
mum: quod frutetum ſitu breui naſcitur. ramo
humili & repreſſo nunq̃ ultra duas ulnas alti
tudinis: Quod gracilius prouenerit eximiũ ma
gis dicitur. Quod in craſſitudinem extubera
tum ſit inutilius habetur. Verum legitur per ſa
cerdotes hoſtiis prius cæſiſ. quæ cum litauerit
obſeruatur ut meſſis: nec ortum ſolis anticipet
nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatũ
tenet ſarmentoꝝ ſtrues haſta diuidit: quæ ſacr
ta eſt in hoc munus atq; ita portio manipulorũ
ſoli datᷣ: quæ ſi iuſte diuiſa ſit radiis inflagrata

incendium ſponte concipit. Apud eoſdẽ naſcitᷣ
auis phœnix aquilæ magnitudine: capite hono
rato: in conum plumis extantibus: criſtatis fau
cibus: circa colla fulgore aureo: poſtera parte
purpureus abſque cauda: in qua roſeis pennis
ceruleus interſcribitur nitor. Probatum ẽ qua
draginta & quingentis eum durare annis. Ro
gos ſuos ſtruit cynnamis quos ꝓpe practea cõ
cinnant in ſoliſ urbẽ ſtrue altaribus ſuppoſita.
Cũ huius uitã magni anni fieri cõuerſione rara
fides ẽ iter auctoreſ: q̃uis plurimi eoꝝ magnũ
ãnũ nõ qngẽtis & quadragĩta ſed duodecĩ mili
bus. dccccliiii. ãnis cõſtare dicãt. Plautio itaq;
Sextio & P. Apronio coſ. ægyptũ phœnix in
uolauit. captuſq; ãno octĩgẽteſimo urbis cõdi
tæ iuſſu Claudii prĩcipis ĩ comitio publicatuſ ẽ
Quod geſtũ præter cenſurã quæ manet actis
ẽt urbis cõtinetur. Cinomolgus pinde arabiæ
auis ĩ excellentiſſimis lucis texit nidos e fructi
bus cinnamoꝝ ad quoſ quoniã non eſt perueniri
ꝓpter ramoꝝ altitudinẽ & fragilitatẽ Accolæ
illas congeries plumbatis petunt iaculis deiec
taſque preciis uendunt amplioribus ꝙ hoc cin
namũ magis q̃ alia mercatores ꝓbẽt. Arabes
lõge lateq; diffuſi diuerſiſq; moribus uiuant &
cultibus plurimis crinis intonſuſ mitrata capita

redimitu; pari pars raſa in cutem barba cōmerti
is ſtudent. Aliena nō emunt: uendūt ſua. qppe
& ſiluiſ & mari diuites Vmbræ quæ nobis dex
træ ſunt: illis ſiniſtræ. Pars eorꝝ quibus aſper
uictus eſt angues edunt. Nulla illis animi uel
corporis cura: ac propterea ophiophagi nomi/
nātur. Ex iſtius littoris ſinu Policrati regi ad/
uecta ſardonis gemma prima in orbe noſtro lu
xuriæ excitauit facem. Nec multū de ea diſſe/
rundū puto: adeo ſardonis non omnium uenit
notitiam. Superficies eius probatur ſi meratiuſ
rubeat: arguitur ſi fuerit feculentior. Medietas
circuitur limite candicāte. Optima eſt ſi nec co
lorem ſuum ſpargat in proximū: nec ipſe ex al/
tero mutuetur: reliqua nigro finiuntur. Quod
ſi tranſluceat uitio uertitur. Si perſpicuitatem
arceat proficit ad decorē. Et molochitē arabs
inuenit uirentem craſſius q̄ ſmaragdus contra
infantium pericula ingenita ut reſiſtentē. Inue
nit & iridem in mari rubro ſicut criſtallum ſe
xangulatam quæ radiis icta ſolis rutilo aeris
repercuſſu cæleſtis arcus ex ſeſe iacit ſpeciem
Androdamantem iidem legunt arabes nitoris
argētei lateribuſ æqualr̄ quadriſ quē de adamā
te nō nihil mutuatū putes. Datū illi nom̄ ex eo
qđ cenſent qđ animorum calentium mollit
ipetus & tumentes refrenat iras: pederotē ēt

Arabicā inde ſumimus. Arabica aſpectu ebur
nea eſt radi abnuit cōtra neruorum moleſtias
ꝑdeſt habētibus. Impederote cōgruit quic/
quid eximium eſt quadam decoris ꝑrogatiua
Chriſtallinū lucet rubet purpuram Orarum
extimis corona crocea uelū eliquido reniten/
te: Ac ſuauitate oculos afficit. Viſum illicit:
detinet intuētes. Hac etiam gracia indis pla/
cet. Hoc Arabiæ ſat ē. Hinc ad Peluſium re/
patriemus.

De Caſſio mōte & Pōpei tumulo & An/
dromede uinculis.

i N Peluſio caſſius mons ē: & dlubꝝ Iouis
Caſſii atque ita Oſtracine locus Pōpei ma
gni ſepulchro inclytuſ. Idumea inde īcipit pal
mis opima. Deinde Iope oppidū ātiqſſimum
orbe toto utpote ante inundationem terrarū
cōditum Id oppidum ſaxum oſtētat: quod uin
culorum Andromedæ ueſtigia adhuc retinet.
quam expoſitam belue irritus rumor circum/
tulit. Quippe oſſa monſtri illiuſ. M. Scaurus
inter alia miracula ī edilitate ſua Romæ publi
cauit. Annalibus nota ē res. Menſuræ quoq;
ueracibus libris cōtinetur: ſcilicet ꝙ coſtaꝝ lō
gitudo exceſſerit pedeſ quadragīta. Excelſitaſ
fuerit elephātibꝰ īdicis eminētior. Pōro uerti
culi ſpine ipiꝰ latitudīe ſemipedē ſint ſupgrſſi,

De Iudea & lacu Aſphalte : & balſamo & genti eſſenoꝝ.

i Vdea illuſtris ē aquis : ſed natura nō eadē aquaꝝ omniū Iordanis amnis eximiæ ſuauitatis : panea de fōte dimiſſus regiones pterfluit amœniſſimas. Mox in Aſphaltitē lacum merſus ſtagno corrumpitur. Qui Aſphaltitis bitumē gignit : animal n̄ habet : nihil ī eo mergi poteſt : tauri etiam cameliq; impune ibi fluitant. Eſt & lacus ſara extenſus paſſuum. xvi. milibus circumſeptus urbibus plurimis & celebribus ipſe par optimus. Sed lacus thiberiadis his omnibus anteponitur ſalubris īgenuo eſtu : & ad ſanitatem uſu efficaci. Iudææ caput fuit Ieroſolima. Sed exciſa ē. Succeſſit Iericus & hæc deſiuit. Artaxorxis bello ſubacta. Calliroe Ieroſolimis ꝓximus fons calore medico ꝓbatiſſimus : & ex ipſo aquaꝝ pconio ſic uocatus : in hac tm̄ balſamum naſcitur. Quæ ſilua intra terminos uiginti iugeꝝ uſq; ad uictoriā noſtram fuit. At cum Iudea potiti ſumus : ita luci illi propagati ſūt : ut iā nobis latiſſimi colles ſudēt balſama. Similes uitibus ſtirpes hn̄t malleolis digeruntur : raſtris niteſcunt : aquis gaudēt : amāt amputari. Tenacibus foliis ſempiterno inumbrātur. Lignum caudicis attrectatū ferro ſine mora moritur. Ea ꝓpter aut

uitro aut cultellulis oſſeis : ſed in ſolo cortice artifici plaga uulneratur. Ex qua eximie ſuauitatis gutta manat poſt lachrymam ſecūdum ī pciis locum poma optinent. cortex tertiū ultimus honos ligno. Lōgo ab Ieroſolimis rceſſu Triſtis ſinꝰ panditur : quē de cælo tactū teſtat humus nigra & cinere ſoluta. Duo ibi oppida Sodomū nominatum alteꝝ : alteꝝ Gomorꝝ. Apd que pomū qd gignitur habeatꝰ licet ſpecimen maturitatis : mādi tn̄ nō pt. Nā fuliginē ītrinſecus fauillatiā ābitio tm̄ eximie cutis cohibet : q uel leui pſſa tactū fumū exalat : & fatiſcit ī uagū puluerē. Interiora Iudææ q occidētē cōtuētur eſſenii tenēt : q pditi memorabile diſciplina rceſſerūt a ritu gētiū uniuerſaꝝ maieſtatis : ut reor ꝓuidētia ad hūc morē dſtinati. Nulle ibi fœmine uenere ſe penitus abdicauerūt : pecuniā neſciunt : palmis uictitant. Nemo ibi naſcit : nō tn̄ deficit hoīu; multitudo : locus ipſe addictus pudicitiæ ē : Ad quem plurimi licet undiq; gētiū ꝓperēt : nullus admittitur : niſi quē caſtitatis fides & innocētiæ meritū ꝓſequat. Nā q reꝰ ē : uel leuis culpe : quāuis ſūma ope adipiſci ingreſſū uelit : diuinitus ſubmouet. Ita p imēſū ſpatiū ſecloꝝ īcredibile dictu eterna gēs ē ceſſātibꝰ puerperiis Engada oppidū īfra heſſemios fuit : ſ; exciſū ē

Verꝫ inclytis nemoribus adhuc durat decus: luciſque palmarꝫ eminentiſſimus: nihil uel de euo: uel de bello derogatum. Iudææ termin⁹ Maſſanda caſtellum.

· De Scytopoli oppido.

t Ranſeo Damaſchum. Philadelphiā. Araphianaꝫ. Scythopolim: primos incolas & auctorem dabo. Liber pater cui humo nutricem tradidiſſet cōdidit hoc oppidū. Vt ſepulturæ titulum etiam urbis mœnibus ampliaret. Incolæ deerant e comitibus ſuis Scythas delegit: quos ut animi firmaret ad ꝓmptam reſiſtēdi uiolētiam primum loci nomē dedit. In ſeleucia alter caſſius mons ē Antiochie ꝓximus: cuius e uertice uigilia adhuc quarta cōſpicitur glob⁹ ſolis: & breui corporis circumactu radiis caliginem diſſipantibus: illinc nox hinc dies cernit̄. Talis e caſſio ſpecula ē: ut lucē prius uideas q̄ꝫ auſpicetur dies.

De tygri & Eufrate & lapidibus ꝓcioſis.

e Vfratem maior fundit Armenia ortum ſupra zizaniam ſub radicibus mōtis: quem Cathoten accole nominānt Scythicis ꝓximo. hic receptis ī ſe aliquot amnibus cōualeſcat: & ſtipatus cōuenis aquis: luctat̄ cum thauri montis obiectu. Quem apud elegeā ſcindii: reſiſtat licet duodecim milib⁹ paſſuum latitudine lōgiſqꝫ excurſib⁹ dxtera Cōmagenē. Arabiā leua relinqt. Deinde ꝑlabēs plurimas gentes Babilloniā quōdā caldeorꝫ caput diuidit. Meſopotamiā opimat ānue inūdatiōis exceſſibus ad inſtar amnis Egiptii terris ſupfuſus īuecta ſoli fecūditate. Hiſdē ferme tēporibus qbus Nilus exit ſole ſcilicet ī pte Cācri uigeſima cōſtituto. Tenuat̄ cū iam leone decurſo ad extima uirginis curricula facit tranſitum. Quod Gnomici ſimilibus paralelis accidere cōtēdūt quos pares & cæli & terrarꝫ poſitione equalitas normalis efficit lineæ. Vnde apparet iſta duo flumina ad modū eiuſdē ꝑpendiculi cōſtituta: licet e diuerſis manēt plagis eaſdē incrementi cauſas habere. De tygri quoqꝫ dicere hoc loco par eſt.

i N Armeniæ regione caput tollit mireſq̄ꝫ lucido cōſpicuo fōte ī loco edito q elegos nominat̄. Nec ab exordio ſtatim totus ē. Primū pigre fluit: nec cū ſuo nomie. At cū fines mediorꝫ īuectus ē: tygris ſtatim dicit̄. Ita. n. medi nominānt ſagittā. Influit ī Arethūſam lacū oīa pōdera ſuſtinentē. Cuius piſces nunq̄ꝫ ſe alueo tygridis īmiſcent: ſicut nec amnici piſces ī ſtagnum trāſeunt Arethuſæ: p quē diſſimili colore uolucri meat curſu. Mox thauro reſiſtente in ꝓfundum ſpecum mergit̄: quem

ſubter labēs in altero eius latere apud zoma/
dam emicat uluas: & purgamēta plurima ſecū
trahenſ. Deinde Idētidem abſcōditur rurſuſq;
redditur. Adiabenes arabaſq; p̄terfluit. Mo/
ſopotamiam amplectitur. Amnem nobiliſſi/
mum Hidaſpen accipit. Eufratē d̄fert ī ſinum
p̄ſicum. Quecumq; eufratē bibunt gētes di/
uerſo nitent lapide. Et milātis ī ipſo Eufratis
alueo legitur gemma ad imaginem marmoris
p̄conēſis: niſi ꝙ ī medio umbilico lapidis iſti⁹
glauci uelut oculi nitet pupilla. Agada a cal/
deis ad nos uſq; fluxit haud facilis repertu ni
ut ipſi perhibent ipſam ſe capeſſendam daret.
Namq; īgenita ſpiritus efficacia quadam ſup/
meantes naues ex ꝓfundo petit: & carinis ita
tenaciter accorporatur: ut niſi abraſa parte li/
gni egr̄e ſeparetur. Ea Agada apud Caldeos
ꝓpter effectus quos ex illa ſciunt habetur lo/
co principe. Ceteris ꝓpter gratiam magis cō
placet iucundiſſime uirēs. Mirrhites parthis
familiaris hunc ſi uiſu eſtimes myrrhe color
eſt. Et nō habet ꝙ afficiat aſpectum. Si peni/
tus explores etiam attritu incites ad calorem
ſpirat nardi ſuauitatem. In p̄ſide lapidum tan/
ta copia eſt: tantaque diuerſitas: ut lōgum pe
ne ſit ipſis uocabulis immorari. Mitridax ſole
p̄cuſſa coloribus micat uariis. Tegolitus nu/

cleo oliue ſimilis ſpernitur cum uidetur. Sed
remediis bonus uincit alioꝝ pulchritudinem.
Solutus quippe & hauſtus pulſis calculis re/
nium dolores ac ueſice leuat. Zammocriſius
arenis auro immixtus: nunc bractearum:
nūc pulueris habet quadrulas. Ethites fuluus
eſt & tereti poſitione alterum lapidem intrin/
ſecus cohibēs: cuius crepitu ſonorus eſt cum
mouetur, quamlibet tinnitum illum nō inter/
num ſcrupulum facer̄ ſed ſpiritum ſcientiſſimi
dicāt hunc ethiten Zeroaſtes prefert omnib⁹
maximamq; illi tribuit poteſtatem. Inuenitur
autem ī nidis aquile aut ī littoribus oceani. In
p̄ſide tamen plurimus. Spem uteri defendit a
fluxibus abortiuis. Pyrrhites furuus ē: tene/
riq; ſe uehementius nō ſinit. At ſi quando ar/
ctiori manu p̄mitur digytos adurit. Calazias
grādinis & candorē p̄fert & figurā duritia ro/
buſtima & inuicta Ethites uipereas habet ma
culas. Dioniſias fuſcus ē: rubentib⁹ notis ſpar
ſus. Idē ſi aque mixtus cōteratur fragrat uinū
& q̄d ī illo odore mirificū ē: ebrietati reſiſtit.
Gloſopetra deficiētibus lunis cælo cadit lin/
gue ſimilis humane nō modice (ut magi phi/
bēt) poteſtatis: q ex ea lunares motus excita
ri putant. Solis gēma p̄candida ē ad ſpeciem
fulgidi ſideris: rutiloſque ex ſeſe iacit radios.

Veneris crinis nitet nigro internis ductibus oſtētās rufoꝝ criniū ſimilitudinē. Senelites trāſlucet fulgore cādido molleoq̃ cōtinēs lune imaginem. Quam iuſta curſum aſtri ipſius ꝓhibent diebus ſingulis uel minui uel augeri. Meconiteſ papauera exprimit Mirmiceteſ repētātis formice effigie notatur. Calcophōgus reſonat ut pulſata era: pudice habitus ſeruat uocis claritatē. Siderites a cōtemplatione ferri nihil diſſonat. Veꝝ moleficus quoquo inferatur diſcordias excitat. Flongites oſtētat intra ſe uelut flamas eſtuāteſ. Antralyraias coruſcat ī modū ſcintillantium ſtellaꝝ. Enidrus exudat ut clauſam ī eo putes fōtaneam ſcaturiginem.

De Cilicia & cidno amne & corytio anero: & Tauro mōte.

c Iliciam de qua agitur ſi ut nūc eſt loquamur derogaſſe uidebimur fidei uetuſtatis Si terminos ſequimur quos habuit olim abſonum eſt a comtemplatiōe reꝝ p̄ſentiuꝫ. Ergo īter utrāq̃ culpam factum optimū eſt amboꝝ tempoꝝ ſtatū pſeq. Cilicia antea uſq̃ ad pelu ſium Egypti ptinebat Lidiis Medis Armeniiſ Pamphilia Capadocia ſub Imperio Cilicum cōſtitutiſ. Mox ab aſſiriis ſubacta ī breuiorē modū ſcripta eſt plurima iacet cāpo ſinu lato ꝑci-piens mare Iſſicum. ab tergo mōtium thauri & Amani iugis clauſa. Sortita nomē a Celiee quem etas priſtina pene ultra euum memorie abſcōdit hūc phœnice ortū qui ātiquior Ioue de primis terre alūnis habet. Matrē urbiū habet Tharſon: quam Dane proles nobiliſſima perſeus locauit. hāc urbē īterſecat cidinus amnis. hūc cidinū alii p̄cipitari thauro. Alii deriuari ex alueo Cobaſpidis tradiderūt. Qui cobaſpes ita dulcis eſt ut pſici Reges q̄ diu īter ripas pſidis fluat ſoli ſibi ex eo pocula uēdicauerint: & cū eundū foret pegre aquas eius ſecū uectitent. Ex illo igitur parēte cidinus mirā trahit ſuauitatē. Quicquid cādidum ē cidinū gētili lingua Siri dicūt: unde amni huic nomē datū ſumet uere cū ſoluunt niues: reliqua pte anni tenuis eſt & qetus. Circa coriciū Cilicie crocū plurimū optimūq̃. Det licet Sicilia: det Cirena: det et Licia: hoc primum eſt. Spirat fragrātius coloreq̃ pluſ aureo ē. ſucci ope citius ꝓficit ad medelā. Ibi coricos oppidū eſt & ſpecus q mōtē īpoſitū mari a ſummo cauat uertice patulus hyatu āpliſſimo. Nā deiectis lateribus ī terre ꝓfundū nemoroſos orbe amplectitur media amœnitate uirēs introrſus lucis pendentibuſ. Deſcenſus ī eū p duo milia & qngentos paſſus n̄ ſine largo die hinc inde fō-

tiū larga & aſſidua ſcaturigine. Vbi ꝑuentum
ad ima primi ſinus: alter rurſus ſpecus pandi/
tur. Quod antrū latis primū patet faucibus
poſtmodum ī ꝓceſſu ꝑ anguſtias obſcuratur ī
eo ſacꝝ ē Iouis fanum: ī cuius receſſu intimo
Tiphonis gigātis cubile poſitum accole credi
derunt Heliopolis antiquum oppidum cilciæ
fuit patria Criſippi Stoice ſapientiæ p̄ſtantiſſi
mi: Quod a Tigrane Armenie ſubactū & diu
ſolum pōpeiopolim deuictis cilicibus. Cneus
magnus cognominauit Mōs Tauros ab indi/
co primuꝫ mari ſurgit. Deinde a ſcopulis celi/
doniis. Inter Egyptum & Pampilium pelaguſ
obiectus ſeptentriōi dextro latere: leuo meri
diane plage occurrit occidenti obuerſus frōte
profuſa palā eſt trans eum continuar̄ uoluiſſe
penetrato mari: niſi profundis obſiſtentibus
oſtendere radices ſuas uetaretur. Denique
qui perſcrutantur naturas locoꝝ: tētaſſe eum
omnes exitus promontoriis probant. Nam
quoquo uerſum mari alluitur ꝓcedit in pro/
minentias: ſed modo intercluditur phoenitio
modo pontico ſinu: interdum Caſpio uel hir/
cano. Quibus renitentibus ſubinde fractus
contra Meothim lacum flectitur: multiſque
difficultatibus fatigatus ripheis ſe iugis anne/
ctit pro gentium ac linguarum uarietate plu/

rifariam nominatur Apud nidos Lamos mox
propaniſos: coatros. Apud parthus poſt
Niſates inde thaurus atqꝫ ibi ī excellētiſſimā
cōſurgit ſublimitatē caucaſus. Interea ēt a po
pulis appellationē trahit. Ab dextero latere
Caſpius dicit̄ uel Hircanuſ. A leuo Amazoni
cus. Moſchicus. Scythicus. Ad hæc uocabu/
la habet alia multa. Vbi dehiſcit Hiulcis iu/
giſ facit pōtaſ: quaꝝ prime ſūt Armenie. Tūc
Caſpie poſt Ciliciæ in Greciā uerticem exerit
Vbi Cerānius p̄dicatur. A Cilicie finib⁹ Aſia
ticū limitē diſpartit. Quantus meridiē uidet
ſole ineſtuat. Quicquid ſeptentriōi oppoſi/
tum eſt uento tundit̄ & pruina. Quod ſilue/
ſtre eſt efferatur plurimis beſtiis & leonibus
immaniſſimis.

De Chimera mōte.

q Vod ī Campania Veſuuius: in Sicilia Et/
na: hoc in Licia mons eſt chimera. Hic
mons nocturnis eſtibus fumidum exhalat.
Vnde fabula triformis monſtri in uulgum da/
ta eſt: quod Chimeram animal putauerunt.
Et natura ibidem ſubeſt ignea Vulcano urbē
proximam Licii dicauerunt: quam de uocabu/
lo ſui nomini effeſtiā uocant. Olymp⁹ quoqꝫ
inter alia ibi oppidū fuit nobile. Sed ītercidit.
Nūc caſtellum eſt: infra quod aque regic ob

inſigne fluoris ſpectaculo ſunt uiſentibus.

De Aſia. phrygia. galatia. lidia. epheſo urbe. Et uiris illuſtribus. & de homero & heſiodo. & ſepulchris aiacis & mennonis & eius auibus. & teutrantis regione. de cameleonte & ciconiis.

ſ Equitur Aſia: ſed nõ eam Aſiam loquor q̃ ĩ tertio orbis diuortio terminos amnes habet ab egyptio mari Nilum. a meoti lacu Tanaim. Verum ea quæ a Telmeſo Licie incipit Vnde etiã Carpatius auſpicat̃ ſinus. Eam igit̃ Aſiam ab oriente Licia includit & phrygia ab occidẽte egea littora. a meridie mare egiptiũ paphlagonia. a ſeptẽtrione epheſus ĩ ea urbs clariſſima eſt. Epheſo decus templum Dianæ Amazonum fabrica adeo magnificũ ut & Xerxes cũ oĩa aſiatica templa igni daret: huic uni pepercerit. Sed hec Xerxis clementia ſacras edes nõ diu a malo uidicauit. Nãq; Heroſtratus ut noĩs ſui memoriam fama ſceleris extenderet (ſicut ipſe cõfeſſus eſt) incẽdium nobil' fabrice manu ſua ſtruxit uoto adipiſcẽde latioris fame. Notat̃ ergo eadem die cõflagrauiſſe tẽplũ Epheſi: qua Alexãder magn⁹ pelle nat⁹ ẽ. Qui orit̃ ut nepos edit. M. Fabio Ambuſto. T. Quĩtio Capitolino cõſulib⁹. ãno poſt Romã condĩtã trecenteſimo octoſceimo qnto

Id templum cum poſtmodum ad cultũ anguſtiorem Epheſii ĩformarẽt faber opi Dimocrates pſuit: quem Dimocritũ Alexãdri iuſſu Alexãdriam in ægypto metatam ſupera expoſuimus. Nuſquã autem orbe toto tam aſſiduos terremotus: & tam crebras urbiũ dimerſiones q̃ in Aſia eſſe cladibus aſiaticis patuit Cum Tiberio principe urbes duodecim ſimul una ruina occiderit. Ingenia aſiatica inclyta p gẽtes fuere. Poetæ Anacreon: inde Mimnermus & Antimachus: Deinde Hipponax: deinde Alceus: inter quos etiam Sapho mulier. At hiſtoriæ cõditores Exanthus. Hecateus. Herodotus: cum quibus Ephorus & Theopompus. Nãq; de. vii. ſapientia pditis Bias. Tales. Pitacus. Cleantes ſtoice eminẽtiſſim⁹ Anaxagoras nature indagator. Heraclitus & ſubtilioris ſciẽtiæ archanis immoratus clariſſim⁹. Phrygia Aſiã excipit: ĩ qua Celene antiquato priore nomine in Apameam tranſiere: Oppidum a rege Seleuco poſtmodum conſtitutum. Iſtic Marſias ortus. Iſtic & ſepultus.. Vñ q pximat fluuius: Marſias dicit̃. Nam ſacrilegi certaminis factum: & audaces in deum Tibias teſtatur nõ pcul cum fonte uallis quæ euẽtum geſte rei ſignat: & ab Apamea decẽ milibus paſſuum ſeparata. Aulocrene uſque

adhuc dicit̃. Ex arce huiuſce oppidi Meander amnis caput tollit: q ĩcurrẽtibus ripis flexuoſus inter Cariã & Ioniã ꝑcipitat ĩ ſinum q mi/letum diuidit & priẽnam. Ipſa phrygia Troadi ſuperiecta ẽ. Aquilonia parte galaciæ colli/mitata. A meridiana licaoniæ pſidie: Migdoniæq; cõterminat. Eadem ab oriẽte uicina Lidie. A ſeptentrione meſie & carie. A pte qua dies medius eſt mons Lida: & Tmolus croco florentiſſimus Amnis pactolus quem aurato fluore incitum aliter Chriſoroã uocãt. In his locis animal naſcitur quod Bonacũ dicũt. Cui taurinũ caput ac deinceps corpus omne: tãtũ Iuba equina. Cornua autem ita multiplici fle/xu in ſe reuertentia: Vt ſi quis in ea offenderit nõ uulneret̃. Sed quicquid pſidii monſtro illi frons negat: aluus ſufficit. Nã cũ in fugã uer/titur pluuie citi uẽtris finium egerit p lõgitudinẽ trium iugeꝝ p lõgas aſpergines: quaꝝ ardor qcquid attigerit adurit. Ita egerie noxia ſubmouet ĩſeqntes miletos Ionie caput. Cad/mi olim domus: ſed eius qui primus ĩuenit ꝓ ſe orationis diſciplinam. Nõ longe ab epheſo Colophõ ciuitas nobil' oraculo clarii Appol/linis: Inde haud procul Minas ſurgit: Cuius uertices de nebulis ſuper uolitantibus future tẽpeſtatis ſignificãt qualitatẽ. Caput meonie ſiphilus excipit Tantalus antea dictuſ: & ĩ illã

uocabuli memoriã orbitatibus datus Niobe. Smirnam moles circumfluit ĩter flumĩa Aſia/tica facile ꝑcipuus amnis. Smirneos uero campos fluuius Hermius ſecat: qui ortus Ado/rilao phrygiæ Phrygiam ſcindit a caria. huic quoq; Hermũ fluctibus aureiſ eſtuaſſe antiq/tas credit Smirna: unde ꝑcipue nitet. Home/ro uati extitit patria. Qui poſt ilium captum anno ducẽteſimo. lxxii. humanis rebus exceſ/ſit. Agrippa ſiluio Thiberini filio albe regnã/te anno ante Vrbem cõditam cẽteſimo & . lx. Inter quẽ & Heſiodum poetam qui ĩ auſpiciis Olympiadis primæ obiit centũ triginta octo anni interfuerũt. In Rœtheo litore Atheniẽſes & Mitilenei ad tumulum ducis Theſſali Achillion oppidũ cõdiderunt: qd' ꝓpemodũ interiit. Deniq; interpoſitis. xlvii. ferme ſta/diis in altero cornu eiuſdẽ littoris ob honorẽ Salamini Aiacis alteꝝ oppidũ cui Eantio nom̃ datũ ẽ Rhodii extruxerũt. At iuxta Iliũ Mẽ/noniſ ſtat ſepl'chro: ad qd ſẽpiterno ex Ethiopia cateruatĩ aues aduolãt: quas Ilieẽſes mẽnonias uocãt. Crumẽti⁹ auctor ẽ has eaſdẽ ãno qnto ĩ ethiopia cateruatĩ coire: & ũdiq; uerſũ quouſq; gẽtiũ ſint ad regiã mẽnonis cõuenire Mediterranea q̃ ſunt ſupra Troadis ptẽ Teu/trania tenet regio: q̃ prima Meſoꝝ fuit patria

Hæc Teutrania pfūditur Caico flumine. Per
omnem Aſiam Cameliō plurimus animal qua
drupeſ: facie qua lacerte niſi crura recta & lō/
giora uentri iūgentur: ꝓlixa cauda. Eademqꝫ
ī uertiginē torta: hamati ūgues ſubtili adun/
citate. Inceſſus piger & fere idem qui teſtudi/
num motus. Corpus aſperum: ſquamoſa cute
qualem in crocodillis deprehēdimus ſubducti
oculi: & receſſu cōcauo introrſū recepti quos
nūquam uictatione obnubit. Viſum deniqꝫ n̄
circumlatis pupilis: ſed obtutu rigidiori inten
tat: hiatus eius eternus ac ſine ullius uſus mi/
niſterio: quippe cum neqꝫ cibum capiat: neqꝫ
potu alatur: nec alimento alio q̄ꝫ hauſtu ae/
ris uiuat. Color uarius & ī momēto mutabiliſ
ita ut cuicumque ſe rei iunxerit cōcolor ei fiat
Colores duo ſunt: quos fingere nō ualet: ru/
beus & cādidus. Cæteros facile mētitur. Cor
pus pene ſine carne: uitalia ſine liene: nō niſi ī
corculo pauxillum ſanguinis ꝺprehendit: la/
tet hyeme: ꝓducitur uere. Impetibilis ē Co/
raci: a quo cum interfectus ē: uictorem ſuum
perimit interemptus. Nam ſi ex eo uel modi/
cū ales ederit: illico morietᷣ. Sed corax habet
ꝑſidium ad medelam natura manuū porrigen/
te. Nā cum afflictam ſe intelligit: ſumpta frō
de laurea recuperat ſanitatem. Pithon ē ī aſia

locus ī campis patentibuſ: ubi primo aduētus
ſui tp̄e Ciconiæ aduolāt. Et eam quæ ultima
aduenerit: lacerāt uniuerſe. Aues iſtas ferunt
linguaſ nō habere: ſonum autem quo crepitāt
oris pocius q̄ꝫ uocis eſſe eximia illis ineſt pie/
tas. Etenim quātum tēporis impēderint fœ/
tibus educādiſ: tātum & ipſe a pullis ſuis inui/
cē aluntur. Ita enim impēſe nidos fouēt ut in
cubitus aſſiduitate plumas exuant. Noceri eiſ
omnibus quidē locis nefas putāt. Sed ī theſſa
lia uel maxime ubi ſerpētium immanis copia ē
Quos dum eſcandi gratia inſectantur: regio/
nibus theſſalicis plurimū mali detrahūt. Gala
tiam primis ſeculis priſce gallorū gētes occu/
pauerūt tholoſbici ueturi ambitoti: quæ uoca
bula adhuc ꝑmanent. Quanuis galatia ūde di/
cta ſit: ipſo ſonet nomine.

De Bithinia. Hannibale. Acone portu
& Achenſio ſpecu.

b Ithinia in pōti exordio ad ꝑtem ſolis oriē
tis aduerſa Thraciæ opulēta ac diues ur/
bium a fontibus ſangari fluminiſ primos fines
habet. Ante bebricia dicta: deinde Migdonia
mox a Bithinio rege Bithinia. In ea pruſiadeꝫ
urbem: & ꝑtermeat Hilas flumē. Et aluit Hi
las lacus. In quo periiſſe credunt delitias Her
culis. Hilam pueruꝫ Nymphis rapinā. In cu/

Ϊ90 cap. et Ϊ91.

ĩus memoriam uſq; adhuc ſolemni tripudiatõe lacum populus circuit: & hilam uoce clamant In bithinio quoq; agro libiſſa locuſ nicomedie proximus ſepulchro Hannibalis fame datus: Qui poſt Cartaginẽſe iudiciũ trãſfuga ad regẽ Antiochũ dein poſt Antiochi apd termopilas tam malã pugnã: fractũq; regẽ fortune uicibus in hoſpitiũ Pruſie ꝺuolutus ne traderet. T. Quintio ob hãc cauſã ĩ bithiniã miſſo captiuuſq; Romã ueniret: ueneni mali poculo aĩa; expulit: & romanis ſe uincul' mõte ꝺfẽdit

Ϊ90 cap.

De põticis oris.

i N ora põtica poſt boſphori fauces & Rhe ſum amnẽ portũq; calpas ſagaris fluuius ortus in phrygia: dictuſq; a pleriſq; ſangaris. Exordium facit maris andini ſinus: ĩ quo oppidu; heraclea appoſitum lico flumini: & acone portus. Qui ꝓuentu malo; graminum uſq; adẽo celebris ẽ: ut noxias herbas aconita illinc nominem⁹: ꝓxim⁹ inde Acheruſius ſpec⁹ quẽ foraminis ceci ꝓfũdo aduſq; ĩferna aiũt pater

Ϊ91. cap.

De Paphlagonia & uenetorum origine.

p Aphlagoniã limes a tergo galaticus amplectitur. Ea paphlagonia ſcarabi ꝓmontorio ſpectat tauricã. Cithero mõte cõſurgit porrecto ĩ ſpacium trium & ſexaginta milium inſignis loco eneto: a quo & Cornelius nepos

Ϊ. 92. cap.

ꝓhibet paphagones ĩ Italiam tranſuecti mox ueneti ſunt nominati. Plurimas ĩ ea regiõe urbes milleſii cõdiderunt. Eupatoria mitridates quæ ſubacta a Põpeio Pempeiepolis ẽ dicta.

Ϊ. 92. cap.

Ϊ. De Capadocia.

c Appadocia gẽtium uniuerſa; quæ põtu; accolũt ꝑcipua introrſus recedit. latere leuo utraſq; Armenias & Cõmagenem prius ſimul trãſit. dextro plurimis Aſiæ populis circũfuſa. Attollitẽ ad thauri iuga & ſolis ortum ꝑterit Lycaoniam Pſidiam Cilitiam. Vadit ſuper tractum Syrie Antiochie parte regionis alterius ĩ Scythiam ꝑtẽdens: Ab armenia maiore diuiſa Eufrate amne: que Armenia unde panidri mõtes ſũt auſpicãtur. Multe ĩ Cappadocia urbes inclyte. Ve; ut ab aliis r̃feramus pedẽ Coloniam Archelaidẽ quã ꝺduxit Claudius Ceſar Alis ꝑterfluit. Nec occeſareã fluuius Licuſ alluit. Me Semiramis cõdidit. Mazacã ſub argeo ſitã Cappadoces m̃rem urbiũ uocãt q Argeus niualib⁹ iugis arduus ne æſtiuo qdẽ torrẽte pruinis caret. Queq; ĩdigene ppl'i habitari iõ credũt. Terra illa añ alias altrix equo; & ꝓuẽtui eqno accõmodatiſſima. Quo; hoc ĩ loco ĩgeniũ reor pſequendũ. Nã eqs ĩeſſe iudiciũ docum̃tis pl'imis patefactũ ẽ Cũ iã aliquot inuẽti ſint q ñ niſi primos dños

agnoſcerēt obliti māſuetudinis ſi quādo mu-taſſent cōſueta ſeruitia inimicos partis ſue no-rūt: adō ut īter ꝓlia hoſtes morſu petāt. Sed illud maius ē ꝙ rectoribus ꝑditis quos dilige-bāt accerſerūt fame mortem. Verꝫ hi mores ī genere equorꝫ ꝑſtantiſſimo reperiunt. Nā q infra nobilitatem ſunt ſati nulla documēta ſui ꝓbuerunt. Sed ne quid uideamur dicēdi licen-tia cōtra fidem arrogaſſe: exemplum frequēs dabimꝰ. Alexādri magni equus Bucefalus di-ctus ſiue de aſpectus toruitate: ſeu ab inſigni ꝙ taurinum caput armo inuſtum gerebat: uł ꝙ de fronte eius quedam extantium cornicu-lorꝫ mine ꝑtuberabant. Cum ab equario ſuo alias etiā molliter ſederet: accepto regio ſtra-to neminem unquā alium ꝑter dominum ue-here dignatus ē. Documēta eius ī ꝓliis pluri-ma ſunt: quibus Alexādrum e duriſſimis cer-taminibus ſoſpitē opera ſua extulit. Quo me-rito effectū ut defuncto in India: exequias rex duceret: & ſupremis ſepulchrꝫ daret. Vrbem etiam cōderet: quam ī noīs memoriam Buce-falam nominauit. Equus. C. Cæſaris nullū ꝑ-ter Cæſarem dorſo recepit: Cuius primores pedes facie ueſtigii humani trahūt fuiſſe: ſicut ante ueneris genitricis edem hac effigie locatꝰ eſt. Regem Scytharꝫ cum ſingulari certamine

interemptū aduerſarius uictor ſpoliare uellet ab equo eius calcibus morſuqꝫ laniatꝰ ē. Agri-gentina ēt regio freqns ē equorꝫ ſepulchris: qđ ſuꝑmitatis munus merito datū credunt. Voluptatem his ineſſe Cyrci ſpectacula ꝓdi-derūt. Quidam. n. equorꝫ cātibus tibiarꝫ. q-dam ſaltationibus: qdam colorꝫ uarietate: nō-nulli ēt accenſis facibus ad curſus ꝓuocantur. Affectū equinū lachryme probāt. Deniqꝫ in-terfecto Nicomede Rege: equus eius uitā in-edia expulit cū prœlio Antiochus Galathas ſubegiſſet: Citareti nomine ducis q in acie ce-ciderat equū ouaturus inſiluit. Iſqꝫ adeo ſpre-uit lupatos ut de induſtria curuatus ruina & ſe & equitem pariter affligeret. Ingenia equorū ēt Claudii Cæſaris Cyrcenſes probauerūt: cū effuſo rectore quadrige curſus emulos nō mi-nus aſtu ꝙ̄ uelocitate ꝑuerterent. Et poſt de-curſa legittima ſpatia ad locū palme ſpōte cōſi-ſterēt uelut uictoriæ ꝑmiū poſtularēt: excuſ-ſo quoqꝫ auriga quē Rutimanā nominabāt re-licto certamīe ad capitoliū quadriga ꝓſiluit: nec añ ſubſtitit quālibet obuiis occurſibus im-peditus ꝙ̄ Tarpeium Iouem trina dextratiōe luſtraſſet. In huiuſce aīalis genere etas lōgior maribus. Legimus ſane equum aduſque ānos ſeptuaginta uixiſſe. Iā illđ nō uenit ī ambiguū

ꝙ ĩ annū tertiū & triceſimū generāt utpote q
ēt poſt uiceſimū mittāť ad ſobolē reficiendā.
Notatū ēt aduertimus Opōtem noīe equum
ad Gregariā uenerē duraſſe ĩ ānos quadragin
ta. Equaꝝ libido extinguitur Iubis tonſis. In
quaꝝ ꝑtu amoriſ naſcitur ueneficium. Quod ĩ
frōtibus p̄ferunt recēs editi furuo colore cica
tricis ſimile: Hippomanes nominatū. Quod
ſi p̄reptum fuerit ſtatim nequaꝙ̄ mater pullo
ubera prebet fellitāda. Quo qs acrior fuerit
ſpeiq; maioris profundi⁹ nares merſitat in bi
bēdo. Mas ad bella nunꝙ̄ producitur apđ ſcy
thas: eo ꝙ fœmine leuare ueſicas ēt in fuga
poſſint. Edunt eque ex uētis cōceptos: ſed hi
nunꝙ̄ ultra triēnium euum trahunt.

De aſſiria & Mœdia.

a Ssiriorum initium a Diabene facit. In cu
ius parte abellitis regio ē: quē locum uic
toria Alexādri magni nō ſinit p̄teriri. Nā ibi
copias Darii fudit ipſumq; ſubegit. Expugna
tiſq; eius caſtris. In r̄liquo apparatu regis rep
perit ſcriniū unguētis refertū. V n̄ primū Ro
mana luxuria fecit ingreſſum ad odores ꝑegri
noſ. Aliquātiſp tn̄ uirtute ueteꝝ ab illa uicio
rū celebra defēſi ſum⁹. Atq; ađo ĩ tp̄s cēſoꝝ
P. Craſſii & Iulii Cæſaris q edixerunt āno ur
bis cōdite qngētesimo ſexageſimo quinto. ne
qs unguēta ĩueheret ꝑegrina. Poſtmodum ui
cerunt nr̄a uitia & ſenatui adeo placuit odoꝝ
delitia: Vt ea ēt ĩ penalibus tenebris uteref.
Sicut. L. Plotius fratrē plāci bis cōſulē ꝓſcri
ptū a triumuiris ĩ ſalernitana latebra unguēti
odor prodidit. hos terraꝝ ductus excipit me
dica: cuius arbor ĩclaruit ēt carminibus mātua
nis. Ingēs ipſa & cui tale ferme quale unedo
nibus folium eſt tm̄ ĩ eo differt ꝙ aculeatuꝫ
ſpinulentis faſtigiis hiſpidatur. Geſtat malum
inimicū uenenis: ſapore aſꝑo: & amaritudinis
mire: odoris āt fragrātis pluſꝙ̄ iucundum lō
geq; ſenſibile. Veꝝ pomoꝝ illi⁹ tāta ubertas
ineſt ut oner̄ ꝓuentus ſēper grauetur. Nā ꝓ
tinus atq; poma eius cciderit maturitate: alia
ꝓtuberāt. Eaq; tm̄ eſt opimitati mora ut fet⁹
decidāt añ nati. Vſurpare ſibi nemora iſta op
tauerunt & aliæ natiōes per iduſtriam tranſ
lati germinis & inſerti. Sed bn̄ficium ſoli me
die datum natura reſiſtente: terra alia non po
tuit mutuari.

De portis caſpiis.

c Aſpie porte panduntur itinere manufac
to longo octo milibus paſſuuꝫ. Nam lati
tudo ei⁹ uix ē paluſtro ꝑmeabilis. In his angu
ſtiis ēt illud ĩter alia difficile: ꝙ p̄cioſoꝝ lateꝝ

[99 cap.]

ſaxa liquentibus ĩter ſe ſalis uenis exudãt hu/
morẽ aſſuetiſſimũ. Qui mox ui caloris cõſtri
ctus uelut ĩ glaciẽ cohit. Ita labes inuia acceſ/
ſum negat. Pretera octo & uigĩti milibus paſ/
ſuum tractus oĩs ꝙ inde pgit̃ nullis puteis ul̃
fõtibus humo arrida ſine pſidio ſitit. Tũc ſer/
pẽtis ũdiqꝫ gẽtiũ cõuene a uerno ſtatim die il
luc cõfluunt ita piculi ac difficultatis cõcordia
ad Caſpios niſi hyeme acceſſus negatur.

[99 cap.] De loco nominato Direum.

a Caſpiis ad oriẽtẽ uerſus locus ẽ qđ direũ
appellat̃. Cuius ubertati ñ eſt ꝙ uſpiã cõ
parari queat. Quẽ locum circumſidunt Iapiri
Naxuchi & Hircani. Ei pximat Margame re
gio inclyta cæli ac ſoli cõmodis: ado ut ĩ toto
illo lati fundi uitibus ſola gaudeat. In faciem
theatralẽ mõtibus circumuenit̃ ãbitu ſtadioꝝ
mille quingẽtoꝝ pene ĩ acceſſa ob incõmodũ
arenoſe ſolitudinis: q̃ p centum & uiginti mi/
lia paſſuum undiqꝫ uerſum circumfuſa ẽ. Re/
gionis huius amœnitatẽ Alexander magnus
uſqꝫ ado miratus ẽ: ut ibi primum Alexãdriã
cõderet. Quã mox a barbaris exciſã. Antio/
chus Seleuci filius reformauit: & de nuncupa/
tione domus ſue dixit Seleuciã. Cuius urbis
circuitus diffundit̃ ĩ ſtadia. lxxv. In hac hero/
des Romanos captos craſſiana clade deduxit.

[96]

Et aliud in Caſpiis Alexãder oppidum excita/
rat: Idqꝫ Heraclea dictum dum manebat: ſed
hoc quoqꝫ ab iiſdẽ euerſum gentibus. Deinde
ab Antiocho reſtitutũ ut ille maluit. Achais
poſtmodum nominatum ẽ.

[96] De oxo flumĩe & bactris & gẽtibus cir/
ca oxũ & terminis liberi pr̃is & Herculis
& cameloꝝ natura.

o Xus amnis oritur đ lacu Oxo: cuius oras
hinc ĩ bateni & Oxoſtace accolũt: ſed pci/
puã ptẽ Bactri tenẽt: Bracteris pterea ppri/
us ẽ amnis Bactros. Vñ & oppidum quod in
colunt bactꝛ. Gẽteſ huiuſce q̃ pone ſunt pro/
panisi iugis ãbiunt̃: q̃ aduerſa nidi fõtibus ter
minãt̃. Reliqua includit ochus flumen. Vltra
hos pãda oppidum Sogdianoꝝ: in quoꝝ fini/
bus Alexãder magnus tertiã Alexãdriã cõdi
dit: ad cõtenſtandos itineris ſui terminos: hic
n. locus eſt in quo primũ a libero pr̃e: poſt ab
Hercule: deinde a Semiramide: poſtremo ẽt
a Cyrro are ſunt cõſtitute. Quod pximũ glo
rie oẽs duxerunt illo uſqꝫ promouiſſe itineris
ſui metas. Vniuerſi eius ductus dumtaxat ab
illa terraꝝ parte laxantes fluuius ſecat fines.
Quem laxaten ſoli uocãt. Bactri alii. Nã Scy
the Solim nominãt. Hunc eundem eſſe Ta/
naim exercitus Alexãdri magni crediderunt

Verũ Demodamas dux Seleuci & Antiochi ſa
tis idoneus auctor: tranſuectus amnem iſtum
titulos omniũ ſupergreſſus ẽ: aliumq́ eſſe q̄
Tanaim dep̄hendit: ob cuius glorie iſigne de/
dit noĩ ſuo: ut altaria ibi ſtatueret Appollini
Didymeo hoc eſt colliminiũ: ĩ quo limes pſi/
cus ſcythicis iungitur: quos ſcythas per ſe lin
gua ſua ſatas dicũt: & iuicẽ ſcythe perſas cor/
ſacos nominãt: mõtemq́ caucaſum croucaſim
id eſt niuibus cãdidãtem.. Denſiſſima hic po/
puloꝝ freq̄ntia. cũ pthis legẽ placiti ab exor/
dio moris ĩcorrupta cuſtodit diſciplina. E qb⁹
celeberrimi ſũt. Maſſagete Eſſedones. Satar/
che & Apamei: poſt quos ĩmaniſſimis barba/
ris interiacentibus de ritu aliaꝝ nationũ pene
incõſtãter diffinitũ aduertimus. Bactri came/
los fortiſſimoſ mittunt: licet Arabia plurimoſ
gignat. Veꝝ hoc differũt: q̄ Arabici bina tu/
bera ĩ dorſo habẽt: ſingula bactriani. Nunq̄
pedes atterunt. Sunt. n. illis ĩciproci quibuſ/
dã pumũculis ueſtia carnulẽta. Vnde & cõtra
ria ẽ labes ãbulãtibus nullo fauẽte p̄ſidio ad
niſum inſiſtẽdi. habẽtur in duplex miniſteriũ
Sunt alii oneri ferẽdo accõmodati. alii ad per
nicitatẽ leues. Sed nec illi ultra iuſtũ põdera
recipiunt: nec iſti ãplius q̄ ſolita ſpatia uolũt
egredi. Geniture cupidine afferãtur: adeo ut

42 cap

ſeuiãt: cum uenerẽ requirunt: oderunt equi/
num genus. Sitim etiã in quatriduum tolerãt
Veꝝ cũ occaſio bibendi data ẽ: tm̃ implentur
q̄tũ & faciet deſideria p̄terita: & in futuꝝ diu
p̄ſit: lutulentas aquas captãt: puras ĩfugiunt
Deniq́ niſi cenoſior liquor fuerit: ipſi aſſidua
proculcatione limũ excitãt: ut turbẽt. Durãt
ĩ ãnos cẽtum: niſi forte tranſlati ĩ pegrina in/
ſolẽtia mutati aeris morbos trahãt. Ad bella
fœmine p̄parãtur. Inuẽtumq́ ẽ ut d̃ſiderium
eis coitionis quadã caſtratiõe execaretur. pu/
tãt. n. fieri ualidiores: ſi a coitibus arceãtur.

47 cap De ſerib⁹ & uellere ſerico & attagis.

q Va ab Scythico & oceano & mari Caſpio
ĩ oceanum eoum curſus iflectitur: ab exor
dio huiuſce plage p̄funde niues mox lõga de/
ſerta poſt antropofagi gẽs aſperrima: deinde
ſpatio ſeuiſſimus beſtiis efferata ferme dimi/
diã itineris partẽ impenetrabilẽ reddiderunt.
Quaꝝ difficultatũ terminũ facit iugũ mari im
minẽs qd tabin barbari dicunt: poſtq́ adhuc
lõginquæ ſolitudine. Sic ĩ tractu ei⁹ ore q̄ ſpe
ctant eſtiuum orientem ultra inhumanos ui/
tus primos hominũ ſeres cognoſcimus. Qui
aquarum aſpergine mundatis frondibus uel/
lera arborum adminiculo depectunt liquo/
ris & lanuginis teneram ſubtilitatem hu/

more domāt ad obſequiū: hoc illud eſt ſericū
in uſum publicum dāno ſeueritatis admiſſum:
& quo oſtentare potius cōpora q̄ꝫ ueſtiꝛ̄ pri/
mo fœminis nūc etiā uiris pſuaſit luxuriæ li/
bido. Seres ipſi qdem mites & īter ſe quietiſ/
ſimi. Alios r̄liquoꝝ mortaliū cœtus refugiūt
adeo ut ceterarū gentium commertia abnuāt
primū eoꝝ fluuiū mercatores iſpi tranſeūt. In
cuius ripis nullo inter partes lingue cōmertio
ſed d̄poſitaꝝ reꝝ p̄cia oculis eſtimātes ſua tra
dūt: nr̄a nō emunt.

De gēte atrogoꝝ

ſEquiť Atranus ſinus & gēs atrogoꝝ: qb⁹
ītēperies p̄rogatiue mirā aeris clemētiam
ſubminiſtrāt. Arcēt ſane afflatū noxiū col'es
q ſalubri apricitate ūdiqꝫ ſecus obiecti ꝓhibēt
auras peſtilētes. Atqꝫ iō ut amonit⁹ affirmat
par illis & hipboreis genus uite ē. Inter hos
& indiā gnariſſimi ciconas locauerūt.

De india.

a medis mōtibus auſpicať India. a meridia/
no mari porrecta ad fauonii ſp̄u ſaluber/
rima bis ī āno eſtatē habet: bis legit frugeſ ui
ce hyemis etheſiis potiť auris: hāc poſſidoni⁹
aduerſā gallie ſtatuit. Sane nec qc̄qꝫ ex ea du/
biū. Nā Alexādri magni armiſ cōpta: & alio/
rū poſtmodū regū diligētia pagrata pēitus co
gnitioni noſtre adducta ē. Megaſthenes ſane
apud indicos reges aliquātiſper commoratus
res indicas ſcripſit: ut fidem quā oculis ſubie/
cerat memorie daret. Dioniſi⁹ quoqꝫ q & ipſe
a filadelfo rege ſpectator miſſus ē gratia peri
clitande ueritatis paria ꝓdidit. Tradūt ergo ī
india fuiſſe quinqꝫ milia oppidoꝝ p̄cipua capa/
citate populoꝝ nouem milium. Diu etiam cre
dita ē tertia pars eſſe terraꝝ. Nec miꝝ ſit uel
de hominum uel de urbium copia cum ſol' in/
di nūquā a natali ſolo receſſerit. Indiam liber
pater primus ingreſſus ē utpote qui indis ſub
actis prim⁹ omniū triumphauit. Ab hoc Ale/
xādrum magnū numerātur ſex milia quadrin/
gēti quinquaginta unus additis & amplius tri
bus mēſibus habita p reges computatiōe qui
cētum quīquaginta tres tenuiſſe medium euū
deprehēdūtur. Maximi ī ea amnes Gāges &
Indus. Quoꝝ gāgen quidam fontibus īcertis
naſci & nili modo exūdare perhibēt. Alii uo/
lūt a Scythicis mōtibus exoriri. Hippanis ēt
nobiliſſimus ibi fluuius qui Alexandri magni
iter terminauit ſicuti are ī ripa eius poſite pro
bāt. Minima gāgis latitudo p octo milia paſ/
ſuū: maxima per xx. patet. altitudo ubi uado/
ſiſſimus ē mēſuram cētum pedū deuorat. Gā
garides extimus ē Indie populuſ. Cuius Rex
equites mille: elephātos ſeptingētos: peditū
ſexaginta milia ī paratu belli habet. Indorum

qdam agros exercēt: militiā plurimi: merces Alii optimi ditiſſiq; rempu. curāt: reddūt iudicia: aſſidēt regibus. Quietum ibi emminētiſſime ſapiēte genus ē. Vite repletos incēſis rogis mortem accerſere. Qui uero ferociori ſecte ſe dderūt: & ſilueſtrem agūt uitam: elephantos uenātur. Quibus pdomitis ad manſuetudinem: aut arāt: aut uehuntur. In gange inſula ē: populoſiſſimam & ampliſſimam contines gētem. Quo℞ Rex peditum quinquaginta milia: equitum quattuō milia ī armis habet. Omnes ſane quicūq; pditi ſunt regia poteſtate nō ſine maximo elephanto℞ equitum etiam peditumq; numero militarem agitāt diſciplinam. Parſia gēs ualidiſſima palibothram urbem īcolunt. Vnde quidam gētem ipam palibothros nominauerūt. Quo℞ rex ſexcētena milia peditum: equitum triginta milia: elephanto℞ octo milia: omnibus diebus ad ſtipēdium uocat. Vltra palibotrhā mons malleus ī quo umbre hyeme ī ſeptentriōe eſtate ī auſtro cadūt uiciſſitudine hac durāte ſenis menſibus. Septentriones ī eo actu ī āno ſemel: nec ultra qndecī dies parēt: ſicut auctor ē Bethō: q phibet hoc ī pl'imis Indie locis inueniri. Indo pximantes flumini uerſam ad meridiē plagā ultra alios torrenť caloř. Deniq; uim ſideris pdit hominum color. Mōtana pygmei tenēt. At hi qbus ē uicinus oceanus ſiñ regibus degūt. Pādea gēs a feminis regiť. Cui reginā primā Aſſignat Herculis filiā. Et niſa urbs regioni iſti dať. Mons ēt Iouis ſacer imeros nomine: in cuius ſpecu nutritu liber℞ patrem ueteres indi affirmāt: ex cuius uocabuli argumēto creditur liber℞ patrem laſciuienti fame feminе natū. Extra indi hoſtiū ſunt inſulæ duæ Chriſe & Argire adeo fecūde copia metallo℞ ut pleriq; eas aurea ſola habere pderint: & argētea indis ōibus pmiſſa. Ceſaries ñ ſiñ fuco cerulei aut crocei coloriſ. Cultus pcipu⁹ in gēmis. Nullus fune℞ apparatus: pterea ut Iube & Archelai regū libris editū ē: īquātū mores ppl'o℞ diſſonāt: habit⁹ quoq; diſcrepātiſſim⁹ eſt. Alii lineis: alii laneis peplis ueſtiūť: pars nudi. ps obſcena tm̄ amictulati pl'imi & flexibilib⁹ libriſ circūdati. Quidā ppl'i ado pceri ut elephātoſ uelut equos facillima īſultatione trāſiliant: plurimis placet neq; aīal occidere neq; ueſci canibus: pleriq; tm̄ piſcib⁹ aluť: & e mari uiuunt. Sūt q pximos parēteſq; prius q̄ ānis aut egritudine ī maciē eāt & intabeāt uelut hoſtias cedūt. Deīde perēpto℞ uiſcera epulas hñt: q̄ ibi ñ ſceleris ſ; pietatis loco numerāt. Sūt q cū īcubueř morbi pcul a ceteris

ī ſecreta abeunt nihil anſie q̄ mortem expec/
tantes. Aſtiacanorꝝ gēs laureis uiret ſiluis: lu
cis buxeiſ. Vitium uero & arborꝝ uniuerſarum
quibus grecia dulcis eſt prouentibus copioſa
philoſophos habēt indi gymnoſophiſtas uo/
cāt: qui ab exortu aduſqꝫ ſolis occaſum' cōten
tis oculis orbem cādentiſſimi ſideris intuenē:
in globo igneo rimātes ſecreta quedam: are/
niſqꝫ feruētibus ꝑpetem diem alternis pedibꝰ
inſiſtunt. Ad mōtem qui Nilo dicitur habitāt
quibus auerſe plāte ſunt & octoni ī plātis ſin/
gulis digyti. Megaſtenes ꝑ diuerſos īdie mō/
tes eſſe ſcribit natiōes capitibus caninis arma/
tas unguibus amictas ueſtitu tergōꝝ. Ad ſer
monē humanum nulla uoce ſed latratibus tm̄
ſonantes aſperis rictibus. Apud Cleſiam legi
tur quaſdā fœminas ibi ſemel parere: natoſqꝫ
canos illico fieri. Eſſe rurſū gētē alterā: que ī
iuuenta ſit cana: nigreſcat ī ſenectute. Vltra
eui noſtri temporis terminos perhēnantem
Legimꝰ monoculos quoque ibi naſci ſingulis
cruribus & ſingulari pernicitate. Qui ubi de/
fendi ſe uelint a calor̄ reſupinati plantarꝝ ſuarꝝ
magnitudine inumbrarent. Gangis fontem q
accolūt nullius ad eſcam opis indigēt. Odore
uiuunt pomorꝝ ſilueſtrium: longiuſqꝫ ꝑ gētes
eadem illo ī ꝑſidio gerūt: ut olfatu alant: qđ

ſi tetriorem ſpiritum forte traxerit exaīari eos
certū eſt. Perhibēt eſſe & gētē fœminarꝝ quæ
quinquennies cōcipiunt. Sed ultra octauum an
nū uiuendi ſpatia nō ꝓtrahūt. Sūt q ceruicibus
carent: & in humeris habent oculos. Sūt q ſil/
ueſtres hirti corpora: caninis dentibus: ſtrido
re terrifico. Apud eos uero quibus ad uiuendi
rationem propenſior cura eſt multæ uxores in
eiuſdē uiri coeūt matrimoniū: & cū maritus ho
mine deceſſerit apud grauiſſimos iudices ſuam
quæqꝫ de meritiſ agunt cām: & quæ officioſior
cæteris ſentētia uicerit iudicantiū: hæc palmæ
refert præmiū ut arbitratu ſuo aſcēdat rogum
cōiugis: & ſupremis eius ſemet ipſā det īferias
Cæteræ nota uiuāt. Enormitas in ſerpētibus
tāta eſt: ut ceruos & aīantia alia ad parē molē
tota hauriant. Quinetiā oceanū īdicū q̄tus ē
penetrēt: īſulaſqꝫ magno ſpatio a cōtinēti ſepa
ratas pabulādi petāt gratia. Quod corā ē po/
tentia āpliſſimæ magnitudinis fieri qua ꝑ tātā
ſali latitudinē ad loca permeāt deſtinata. Sunt
illic multæ & mirabiles beſtiæ: quarꝝ e multitu
dine & copia partē ꝑſequemur. Leucotrota ue
locitate præcedit feras uniuerſas. Ipſa aſini fe/
re magnitudine: cerui clunibus: pectore ac cru
ribus leoninis: capite camelino: biſulca ungula
ore aduſqꝫ aures dehiſcente: dentium locis eſſe

perpetuo. hæc quoad formam. Voce autẽ lo/
quentium hoīum ſonos æmulat̃. Eſt & aele al
as ut equus: cauda uero elephāti: nigro colore
maxillis prurigineis: præferens cornua ultra
cubitalem modũ longa: ad obſequiũ cuius ue/
lit motus accomodata. Neqꝫ enim rigent: ſed
flectunt̃ ut uſus exigit prœliādi. Quoꝝ alteꝝ
cum pugnat ꝓtendit: alteꝝ replicat: ut ſi niſu
aliquo alterius acumen fuerit obtuſũ acies ſuc/
cedat alterius: hippopotamis cōpat̃. Et ipſa ſa
ne aquis fluminum gaudet. Indicis tauris color
fuluus eſt. Volucris pernicitas. pilus ĩ cõtrari/
um uerſus hiatus omẽ quod cap̃. Hi quoqꝫ cir
cumferunt cornua flexibilitate qua malint: ter
gi duritia oẽ tælũ reſpuũt: ac tã ĩmiti ferocita/
te ut capti aĩas ꝓiciāt furore. Māticora quoqꝫ
noĩe inter hæc naſcit̃ triplici dẽtiũ ordine coe/
unt uicibus alternis: facie hoĩs: glaucis oculis ſã
guineo colore: corpore leonino: cauda ueluti
ſcorpiõis aculeo ſpiculata: uoce tã ſibila ut imi/
tet̃ ſiſtulaꝝ modulos̃ tubaꝝqꝫ cõtinẽtiũ: hũanaſ
carnes auidiſſĩe affectat: pedibus ſic uiget ſaltu
ſic põt: ut morari eã nec extẽſiſſĩa ſpatia poſſit
nec obſtacl'a latiſſĩa: Sũt p̃terea boues unicor/
ñis & tricorñs ſolidis ũgulis nec bifidis. Sꝫ atro
ciſſimũ ẽ monoceros mõſtꝝ mugitu hõrido eq
no corpor̃ elephāti pedibuſ: cauda ſuilla capite

ceruino: cornu e media eiuſ frõte ꝓtẽdit̃ ſplẽdo
re mirifico ad lõgitudinẽ pedũ quattuor ita acu
tum ut quicquid ĩpetat facile ictu eius perfore
tur. Viuus nõ uenit in hominũ poteſtatem: & in
terimi quidẽ poteſt: capi nõ poteſt. Atqꝫ etiaꝫ
gignunt miracula nõ minora. Anguillas ad tri/
cenos pedes longas educat ganges: quem Sta
tius Seboſuſ inter præcipua miracula ait uermi
bus abundare ceruleis nomine & colore. Hi bi
na habent brachia lõgitudinis cubitoꝝ non mi/
nus ſenum adeo robuſtis uiribus ut elephātos
ad potũ uentitātes mordicus cõprehenſos ipſo
rũ manu rapiāt in profundũ. Indica maria bale
nas habent ultra ſpatia quattuor iugeꝝ. Sed &
quos ſiſetras nũcupāt: q enormeſ ultra molẽ ĩ/
gẽtiũ colũnaꝝ ſuper antẽnaſ ſe nauiũ extollāt:
hauſtoſqꝫ fiſtulis fluctus ita eructāt: ut nĩboſa
alluuie pleꝝqꝫ deprimāt alueos nauigatiũ. So/
la india mittit pſitacũ auẽ colore uiridi: torque
puniceo. Cuius roſtri tāta duricia eſt ut cum e
ſublimi præcipitat̃ in ſaxũ niſu ſe oriſ excipiat.
& quodã quaſi p̃ſidio utat̃ extraordinariæ fir/
mitatis. Caput uero tã ualẽs ut ſi qño ad diſcẽ
dũ plagis ſit admonẽdus (nã ſtudet ut qd hoĩeſ
alloquat̃) ferrea clauicula ſit uerberandus dum
pullus eſt: atqꝫ adeo intra alteꝝ ætatis ſuæ an/
nũ quæ mõſtrata ſunt & citiuſ diſcit: & tenaciuſ

retinet. Maior paulo ſegnior eſt & obliuioſus
& ĩdocilis ĩter nobiles & plebeios diſcretionẽ
digytoꝝ facit numerus. Qui præſtãt qnos in
pede habent digytoſ: cæteri ternos. Lingua la
ta multoq̃ latior q̃ cæteris auibus. Vnde per
ficit̃ ut articulata uerba penitus eloquat̃. Qđ
ingeniũ ita romanæ delitiæ miratæ ſũt: ut bar
bari pſitacos mercẽ fecerint. Indoꝝ nemora in
tã procerã ſublimantur excelſitatẽ ut tranſiaci
ne ſagittis quidẽ poſſint. Pomaria ficus habẽt
quaꝝ codices in orbem ſexaginta paſſuũ ſpatiũ
enorme craſſeſcũt. Ramoꝝ umbræ ambitu bi
na ſtadia cõſumũt. Folioꝝ latitudo forma ama
zonicae peltæ cõparatur. Pomũ eximiæ ſuaui/
tatis. Quæ paluſtria ſũt harũdinem creant ita
craſſã ut fiſſis internodiis lembi uice uectitet
nauigãteſ. E radicibus eius exprimitur humor
dulcis ad melleã ſuauitatẽ. Thylos ĩdiæ inſula
& ea fert palmas: oleam creat: uineis abũdat.
Terras omẽs hæc miraculo ſola uincit q̃ quæ
cũq̃ in ea arbos naſcitur nũq̃ caret folio. Mõſ
caucaſus inde incipit: q maximã orbis ptẽ ppe
tuis iugis penetrat. Idẽ frõte qua ſoli obuerſuſ
eſt arbores piperis oſtentat: quaſ ad iuniperi ſi
militudinẽ diuerſos fructus edere aſſeuerant.
Eoꝝ q primuſ erũpit uelut coreloꝝ fibria dicit̃
piper longũ: qui ĩcorrupti piper albũ. Quoꝝ

cutem rugoſã & torridã calor fecerit. Nomen
trahit de colore: piper nigꝝ. Qui deinde cadu
cus torret̃ feruido ſole: uocamen trahit de co/
lore. Sed ut piper ſola india: ita & hebenũ ſola
mittit. Nec tñ uniuerſaꝝ: ueꝝ exigua ſui parte
ſiluis hoc genuſ gignit. Arbor eſt pleꝝq̃ tenu
is & frequentior: uimine raro: in craſſitudinem
caudicis extuberata: hiulco cortice & admodũ
reticulato: dehiſcentibus uenis adeo ut per ip/
ſos ſinus pars intima uix tenui libro contegat̃.
Lignũ omne atq̃ mediale eadem ferme & facie
& nitore qui eſt in lapide gagate. Indi regeſ ex
eo ſceptra ſũmunt: & quaſcunq̃ deoꝝ imagĩs
nõ niſi ex hebeno habent. Idem ferunt materia
iſta liquorem ñ cõtineri noxiũ: & quicquid ma
leficũ fuerit tactu eiuſ auerti: hac gratia pocula
ex hebeno habent. Ita nihil miꝝ ſi peregre ſit ĩ
precio: quo etiã ipſi quibus prouenit honoran
tur. Hebenum ex india romæ mitridatico tri/
umpho primum magnus Pompeius exhibuit.
Mittit india & calamos odoratos potentes ad/
uerſum ĩteſtinæ ægritudiniſ incõmoda. Dat &
multa alia fragrantia mirifice ſpiritus ſuauitate
grata. Indicoꝝ lapidum in adamãtibus dignitaſ
prima: utpote qui lymphationes ambigãt. Ve
nenis reſiſtãt: pauitãtium uanos metuſ pellãt.
Hæc primum de his prædicari opportuit quæ

reſpicere ad utilitatem uidebamus: Nūc redde
mus quot adamantū ſunt ſpecies: & quis color
quicq; eximius. In quodā chryſtalli genere inue
nitur materia in qua naſcit̃ adæque ſimilis ſplē
dore liquidiſſimo in mucronē ſexangulū utrīq;
ſecus leuiter turbinatus: nec ultra uncq̃; magni
tudinē nuclei auellanæ r̄pertus. Huic ꝓximuſ
in excellentiſſimo auro deprehēditur. Secūduſ
pallidior ac magis ad argenti colorē renitens.
Tertius in uenis cypri apparet ꝓprior ad aere
am faciem. Quartus in metallis ferrariis legit̃
pōdere cæteros antecedēs nō tamē & poteſta
te. Nā & hic & qui in cypro deprehendūt̃ frā/
gi queūt. pleriq; etiā adamante altero perforā
tur. At hi quos primos diximus nec ferro uin/
cūtur: nec igni ſoluūtur. Veꝝ tamē ſi diu in ſan
guine hircino macerent̃: aliter q̃q; ſi callido fri/
gido ue malleis aliquot antefractis & īcudibus
diſſipatis aliquādo cedūt & in particulas diſſili/
unt. Quæ fragmēta ſculptoribus in uſū īſigni
endæ eiuſcemōi gēmæ expetuntur. Inter ada/
mātem & magnetē eſt quædā naturæ occulta
diſſenſio: adeo ut iuxta poſitus nō ſinat magne
tem rapere ferrū. Vel ſi admotus magnes ferꝝ
traxerit: quaſi prædā quandā q̄cquid magneti
hæſerit adamas rapiat atq; auferat. Lichintem
deinde fert india: cuius lucis uigorem flagrans

excitat lucerna: qua ex cā lichintem græci uo/
cauerunt. Dupplex ei facies. Aut in purpureā
emicat claritatē: aut meratius ſuffūditur cocci
rubore. Per omēm intimū ſui ſiquidē pura ſit ī
offenſam admittit perſpicuitatē. At ſi excāduit
radiis ſoliſ icta: uel ad calorem digytoꝝ attritu
excitata ē aut palcaꝝ caſſa: aut cartarum folia
ad ſe rapit: cōtumaciter ſculpturis reſiſtens. ac
ſi quādo inſignita eſt: dum ſigna imprimit qua
ſi quodam animali morſu partem cæræ reten/
tat. Berillos in ſexangulas formas indi atterūt
ut hebetem coloris lenitatem anguloꝝ reper/
cuſſu excitent ad uigorem. Berilloꝝ genus di/
uiditur in ſpeciem multifariam eximii interui/
rente glauci & ceruli temperamento quandam
præferūt puri maris gratiā. Infra hos ſūt chry
ſoberilli qui languidius micātes aurea nube cir
cūfunduntur. Chryſopraſos quoq; ex aureo &
purpuraceo mixtā lucem trahenteſ æque beril
loꝝ generi adiudicauerūt. Hiacynthizōtas. ſ.
ꝗ hiacynthos ꝓpe referāt & ipſos ꝓbāt. Hos
uero ꝗ chryſtallis ſimiles capillamētis obſcurā
tur ītercurrentibus. hoc. n. uitio illoꝝ nomen
eſt. hos ſciētiſſimi lapidū plebi dederūt: Indici
reges hoc genuſ gēmaꝝ ī lōgiſſimoſ chylīdroſ
amāt fingere: eoſq; ꝑforatos elephātoꝝ ſetis
ſubligāt ac mōllia habēt. aut pleꝝq; ex utroq;

capite inſertis aureis umbilicis ut marcentē fa/
ciem ad nitelā incedant pinguiorē: quo per in/
duſtriam metallo hinc inde addito fulgentio/
rem trahant lucem.

De taprobane inſula.

t Aprobanem inſulam anteq̃ temeritas hu/
mana exquiſito penitus mari fidem pande/
ret diu in orbē alteꝶ putauerūt: & qdē eū quē
habitare anthiones crederētur. Veꝶ Alexan/
dri magni uirtus ignorantiā publici erroris nō
tulit ulterius permanere: ſed ī hæc uſq; ſecreta
propagauit noīs ſui gloriā. Miſſus igitur One
ſicritus præfectus claſſis macedonicæ terrā iſtā
q̃ta eſſet: qd gigneret: quo mō haberetur ex/
ploratā notitiæ nr̄æ dedit. Patet ī lōgitudinē
ſtadioꝶ vii. mil. ī latitudīe v. mil. Scindit̄ āne
īterfluo. Nā ps eius beſtiis & elephātis reple/
ta eſt maioribus multo q̃ quos fert india. par
tem hoīes tenēt. Margaritis ſcatet & gēmis oī
bus. Sita eſt inter ortū & occaſū: ab eo mari in
cipit prætenta india. A praſia indoꝶ gēte dieꝶ
uiginti quinq; primo in eam fuit curſus: ſed cū
papiraceis & nili nauibus illo pergeretur: mox
curſu nauium noſtraꝶ ſeptem dieꝶ iter factum
eſt. Mare uadoſum interiacet altitudinis non
amplius ſenum paſſuum. Certis aūt canalibus
adeo altum adeo depreſſum ut nullæ unq̃ an/

choræ ad profūdi illius ima potuerint perueni
re. Nulla in nauigando ſydeꝶ obſeruatio utpo
te ubi ſeptētriones nequaq̃ aſpiciuntur. Vergi
liæ nunq̃ apparent. Lunam ab octaua in ſextā
decimam tantū ſupra terram uident. Lucet ibi
canopos ſydus claꝶ & ampliſſimum. Solē ori/
entem dextra habent: occidentem ſiniſtra. Ob
ſeruatōne itaq; nauigandi nulla ſuppetente per
quam ad deſtinata pergentes locum capiant.
Vehunt alites quaꝶ meatus terram petentiū
regendi curſus magiſtros habent. Quaternis
non amplius in āno mēſibus nauigatur. aduſq;
Claudii principatum. De taprobane hæc tantū
noueramus. Tunc enim fortuna patefecit ſcien
tiæ uiam latiorem. Nam libertus Annii Poli/
cami qui tunc rubri maris uectigal adminiſtra/
bat arabiam petens aquilonibus præter carma
niam raptus quintodecimo qdem die appulſus
eſt ad hoc littus portumq; inuectus qui hippo/
rus nominatur. Sex deinde menſibus ſermonē
perdoctus admiſſus eſt ad colloqa regis. Quæ
compererat reportauit. Stupuiſſe ſcilicet regē
pecuniā quæ capta erat cum ipſo. Quod tam
&ſi ſignata diſparibus foret uultibus: parem ta
men haberet modum ponderis. Cuius æquali
tatis contemplatione cum romanam amicitiam
flagrantius concupiuiſſet: thracia principe lega

tos aduſqꝫ nos miſit: a quibus cognita ſunt uni
uerſa. Ergo iidem homines corpoꝝ magnitudi
ne alios omẽs antecedunt. Crineſ fuco imbuũt.
Ceruleis oculis: atroci uiſu: terrifico ſono uo/
cis: quibus immatura mors eſt in annos centũ
æuum trahunt. Aliis omnibus annoſa ætas &
pene ultra humanam extenta fragilitatẽ. Nul
li aut per diem aut ante diem ſomnus. Noctis
partem quieti deſtinãt. Lucis ortum uigilia an
teuertunt. Aedificia modice ab humo tollũt.
Annona ſemper eodem tenore eſt. Vites neſci
unt. Pomis abundant. Colũt Herculem. In re
gis electione non nobilitaſ præualet: ſed ſuffra
gium uniuerſoꝝ. Populus enim eligit ſpectatũ
moribus & inueteratæ clæmentiæ & iam ãnis
grauem. Sed hoc in eo queritur cui liberi nulli
ſint. Nam qui pater fuerit etiam ſi uita ſpecta/
tus eſt non admittitur ad regendum. Ac ſi for
te dum regnat pignus ſuſtulit exuitur poteſta/
te. Idqꝫ eo maxime cuſtoditur ne faciat heredi
tarium regnum. Deinde etiam ſi rex maximam
præferat æquitatem: nolunt ei totum licere.
Quadraginta ergo rectores accipit ne in cauſis
capitum ſolus iudicet. Et ſic quoque ſi diſpli/
cuerit iudicatum ad populum prouocatur.
A quo datis iudicibus ſeptuaginta fertur ſentẽ
tia: cui neceſſario acqeſcitur. Cultu rex diſſimi/

li a cæteris ueſtitur. Sirmate ut ẽ habitus quo
liberꝝ patrem amiciri uidemus. Quod ſi etiam
ipſe in aliquo peccõ argutus ſit ac reuictus mor
te mulctatur. Non tamem ut cuiuſqꝫ attrecte/
tur manu: ſed conſenſu publico reꝝ omium in/
terdicta ei facultate. Etiã colloquii poteſtaſ pu
nito denegatᷣ. Culturæ ſtudent uniuerſi. Inter
dũ uenatibus ĩdulgent: nec plebeias agũt præ
das: quippe cũ tigrides aut elephãti tãtũ requi
rantᷣ. Maria quoqꝫ piſcationibus ĩquietãt: ma/
rinaſqꝫ teſtudines capere gaudent. Quaꝝ tãta
eſt magnitudo ut ſupficies eaꝝ domũ faciat: &
numeroſam familiã non arcte receptet. Maior
pars inſulæ huius calorᷣ ambuſta eſt: & ĩ uaſtas
deficit ſolitudineſ. Latus eius mare alluit perui
ridi colorᷣ: fruticoſũ ita ut iubæ arboꝝ pleꝝqꝫ
gubernaculis atterãtᷣ. Cernũt latus ſericum de
mõtiũ ſuoꝝ iugis. Mirantᷣ auꝝ: & ad gratiã po
culoꝝ oĩm gẽmaꝝ adhibent apparatũ. Secant
marmora teſtudinea uarietate. Margaritas le/
gũt plurimas maximaſqꝫ. Cõchæ ſũt in quibus
hoc genus lapidũ requiritᷣ. Quæ certo ãni tẽ/
porᷣ luxuriãte cõceptu ſitiũt rorẽ uelut maritũ
cuius deſiderio hiant. Et cũ maxime lunares li/
quãtᷣ aſpergiñs oſcitatione quadã hauriũt hu/
morẽ cupitũ. Sic concipiunt grauidæqꝫ fiunt:
ac de ſaginæ qualitate reddũt habitus unionũ.

Nā ſi purū fuerit quod acceperint cādicāt orbiculi lapillorū. Si turbidū aut pallorē lāgueſcūt: aut rufo ĩnubilāt. Ita magis de cælo q̃ de mari partus habēt. Deniq̃ quotiēs excipiūt matutini aeris ſemē ſit clarius margaritū. Quotieſ ueſpere fit obſcurus: q̃toq̃ magis hauſerit tāto magis ꝑficit lapidū magnitudo: Si repente micauerit coruſcatio ĩtēpeſtiuo metu cōprimūtur: clauſæq̃ ſubita formidĩe uitia contrahunt abortiua. Aut. n. perparuuli fiūt ſcrupuli: aut inanes. Cōchis ipſis ineſt ſēſuſ: partus ſuoſ maculari timēt. Cūq̃ flagrātioribuſ radiis excāduerit dieſ: ne fuſcēt lapides ſolis calore ſubſidūt & ſe ꝑfūdis ĩgurgitāt ut ab æſtu uēdicentur. huic tñ ꝓuidentiæ ætas opitulat̃. Nā candor ſenecta diſperit: & grādeſcentibus cōchis flaueſcūt margaritæ. Lapis iſte ĩ aqua mollis ē unio duratur euiſceratus. Nūq̃ duo ſimul reperiuntur. Vnde unionibus nomen datum. Vltra ſemiunciales inuentoſ negāt. Piſcantium inſidias timent conchæ. Inde eſt ut aut inter ſcopulos aut inter marinos canes plurimum deliteſcāt. Gregatim natant. Certus examini dux eſt. Ille ſi captus ſit: etiam quæ euaſerint in plagas reuertuntur. Dat & india margaritas. Dat & littus britanicum: ſicut Diuus Iulius thoracem quæ Veneri genitrici in templo eius dicauit:

e britanicis margaritis factum: ſubiecta inſcriptione teſtatus eſt. Iolliā Paulinā Caii principis cōiugem uulgatum eſt habuiſſe tunicā ex margaritis ſextertio tunc quadringētieſ æſtimatā. Cuius parandæ auaritia pater ipſius Manilius ſpoliatis oriētis regiōibus exaſperauit. C. Cæſarem offendit Auguſti filiū interdictaq̃ amicitia principis ueneno interiit. Illud quoq̃ expſſit uetus diligentia q̃ ſyllanis primū tēporibus romā illati ſunt uniones.

De inſula euſea itinerario indico & ſinu perſico & arabico.

AB inſula euſea ut cōſequens eſt ad cōtinentem. Igitur a taprobane indiā r̃uertamur. Cōuenit res indicas uidere. Sed ſi indicis urbibus aut natiōibus reſiſtamus egrediemur ꝓpoſitæ cōcinitatis modum. Proximā indo flumini urbē habuere caphiſā: quā Cyrus diruit. Arachoſiā herimāto amni impoſitā Semiramis cōdidit. Caruſiam oppidū ab Alexandro magno ad caucaſū cōſtitutū eſt. Ibi & alexandria quæ patet amplius ſtadia triginta. Multa & alia ſūt ſed hæc cum eminētiſſimis. Poſt indos montanas regiones ictiophagi tenent: quos ſubactoſ Alexander magnus ĩ reliquo abſtinere iuſſit a piſcibus. Nā ātea ſic alebant̃. Vltra hos deſerta carmaniæ perſis deĩde atq̃ ita nauigatio. In

qua ſolis inſula rubens ſemper & omni animā tiū generi inacceſſa. Quippe quæ nullū nō animal illatum necet. Ex india reuertentes ab azamo carmaniæ fluente ſeptētriones primum uident. Achemenidis in hac plaga ſedes fuerūt. Inter carmaniæ promōtoriū & arabiā qnquagīta milia paſſuū interiacent. Deinde tres inſulæ circa quas hidri marini egrediūť uicenū cubitū lōgitudine. Dicēdū hoc loco quatenus ab alexandria ægypti pergať etiam uſq; indiā. Nilo uehente coptō uſq; etheſiis flatibus curſus ē. Deinde terreſtre iter hydreū. Poſt tranſactis aliquot māſionibus berenicē ꝑueniť ubi rubri maris portus eſt. Inde oceli arabiæ portus tangitur proximū indiæ emporiū excipiť & miri īfamiæ piraticis factionibus. Deinde ꝑ diuerſos portus cottonare ſuccediť. Ad quā monoxilis lintribus piper uehūt petētes indiā ante exortū canis: aut ꝓtinus poſt exortū nauigio media æſtate ſoluūtur. Reuertētes renauigāt decēbri mēſe. Secūdus ex india uentus eſt uulturnus: at cū uētum eſt in rubrū mare aut africus aut auſter uehūt. Spatium indiæ decies ſepties centena & quinquaginta milia paſſuū proditur. At carmaniæ centum milia: cuius pars nō caret uitibus. Præterea habet genus boīum q nō alia q̃ꝫ teſtudinis carnī uiuūt.. Hirſuti comā

facie tenus quæ ſola lenis ē. Iidē coriis piſcium ueſtiūtur Cheloophāgi cognomīati. Irrumpit hæc littora rubrum mare: idq; ī duos ſinus ſcinditur. Quoꝝ qui ab oriente eſt perſicus appellatur: quoniam quidam habitauere perſidis populi uicies & ſexagieſ centena milia paſſuum circuitu patens. Ex aduerſo unde arabia eſt alter arabicus uocatur. Oceanum uero qui ibi influit azanium nominauerunt. Carmaniæ perſis adnectitur: quæ incipit ab inſula afrōdiſia uariaꝝ opum diues tranſlata quondā in parthicum nomē, littore quo occaſui ſubiacet porrecta in milia paſſuum quinquaginta. Oppidum eiuſ nobiliſſimum ſuſa: in quo templum ſuſiæ dianæ. A ſuſis barbite oppidum centum trigintaquinq; milibus paſſ. diſtat. In quo mortales uniuerſi odio auri coemunt hoc genus metallicū & abiiciunt in terrarum profunda ne polluti uſu eius auaritia corrumpant æquitatem. Hic inconſtātiſſimus terrarum modus nec immerito cū aliæ circa perſiden nationes ſchenis: aliæ paraſangis: aliæ incomparata diſciplina terras metiantur: & incertā fidē faciat mēſuræ rō diſcors.

De parthia & ſepulchro Cyri

p Arthia q̃ꝫta eſt a meridie rubrū mar͛ a ſeptētrione hircanū ſalū claudit. In ea regna

duo de uiginti diſſecãtur in duas partes. Vnde
cim quæ dicunẽ ſupiora incipiunt ab armenio
limite & caſpio littorẽ ꝓtecta ad terras ſcytharꝫ
quibus cõcorditer degunt. Reliqua ſeptem in
feriora (ſic. n. uocitãt) habẽt ab ortu narios ari
anoſqꝫ: carmaniã a die medio: medoſ ab occidui
ſolis plaga: a ſeptẽtrione hyrcanos. Ipſa ãt me
dia ab occaſu tranſuerſa utraqꝫ parthiæ regna
ãplectiẽ. a ſeptẽtrione armenia circundata: ab
ortu caſpios uidet a meridie pſidem. Deiñ trac
tus hic ꝓcedit uſqꝫ ad caſtelluꝫ quod Magi obti
nẽt phydaſarchida noĩe. hiç Cyri ſepulchrum.

De babylone & de recurſu ad ocea
num atlanticum: ĩ quo inſulæ gor
gades heſperideſqꝫ atqꝫ fortunatæ.

c Aldææ gentis caput babylonia eſt a Semi
ramide cõdita: tã nobilis ut propter eã &
aſſyrii & meſopotamii in babyloniæ nomẽ trã
ſierĩt. Vrbs ẽ ſexagĩta milia paſ. circuitu patẽs
muriſ circũdata quorꝫ altitudo cc. pedes detiñt
Latitudo l. ternis ĩ ſigulos pedes digytis ultra
q̃ mẽſura nr̃a ẽ altioribus. Amne ĩterluiẽ eu
frate. Beli ibi Iouis templum: Quem inuento
rem cæleſtis diſciplinæ tradidit etiam ipſa reli
gio quæ deum credit. In æmulationem hu
ius urbis theſiphontem parthi condiderunt.
Tempus eſt ad oceani oras reuerti repreſſo in

æthiopiam ſtilo: Nanque ut atlanticos æſtus
occipere ab occidente & hiſpania dudũ dixera
mus ab his quoqꝫ partibus mũdi. Vnde primũ
atlãtici nomẽ induant exprimi par eſt. Pelaguſ
azaniũ uſqꝫ æthiopũ littora ꝓmoueẽ. Aethio
picũ a maſſilico promõtorio. Vnde rurſus ocea
nus atlãticus. Iuba igiẽ uniuerſæ partis quam
plurimi ꝓpter ſolis ardorẽ peruiã negauerũt:
facta etiã uel gentiũ uel inſularꝫ cõmemoratio
ne ad cõfirmãdæ fidei argumẽtũ omẽ illud ma
re ab india ad uſqꝫ gades uolũt intelligi nauiga
bile. Chor: tamẽ flatibuſ cuius ſpiritus præter
arabiã ægyptũ mauritaniã euehere q̃uis que
ant claſſẽ: dũmõ ab eo promõtorio indiæ cur
ſus dirigatur: quod alii leptanacran: alii drepa
nũ noĩauerũt: Addidit etiã ſtationum loca: &
ſpatiorꝫ modũ. Nã ab indica prominẽtia ad ma
licũ inſulam affirmant eſſe quindecies centena
milia paſſuum. A malicho ad ſceneon ducenta
uigintiquinque milia. Inde ad iſulã adan a danũ
centũ quinquaginta milia. Sic conficies ad aper
tum mare decies octies centena & ſeptuaginta
milia. Idem opinione plurimorum qui ob ſolis
flagrantiam maximã partis iſtius regionem fe
runt humano generi inacceſſam: Sic reluctatur
ut mercãtium ibi tranſitus infeſtari ex arabicis
inſulis dicant quas ſcythæ habent arabes qbuſ

a re innata datū nomē eſt. Nā bubalis utribus cōtabulatas crates ſuperponūt: uectitatiq; hoc ratis genere prætereūtes īpetūt ſagittis uenenatis. Habitari etiam abdita æthiopiæ aduſta troglodytaꝝ & ictiophagoꝝ nationibus. quoꝝ troglodytæ tāta pernicitate pollent: ut feras quas agitant curſu pedū aſſequant̄. Ictiophagi nō ſecus q̄ marinæ beluæ nādo ī mari ualēt. Ita exqſito atlātico mari uſq; ī occaſū etiā gorgadū Xenophon meminit inſulaꝝ. Gorgades īſulæ ut accepimus obuerſæ ſūt ꝓmōtorio qd' uocamus heſperii ceras. Has īcoluerūt Gorgones mōſtra & ſane uſq; adhuc monſtruoſa genſ habitat. Diſtāt a continēti bidui nauigatione. Prodidit deniq; Xenophō Lāpſacenus Hāmonē pœnoꝝ regē ī eas permeaſſe. Repraſq; ibi fœminas aliti pernicitate atq; ex oībuſ quæ apparuerāt duas captas tā hirto atq; aſpero corpore ut ad argumētū ſpectādæ rei duaꝝ cutes miraculi gratia inter donaria Iunoni ſuſpēderit quæ durauere uſq; ī tēpora excidii carthaginēſis. Vltra gorgodes heſperidū īſulæ ſūt: Seboſus affirmat dieꝝ quadragīta nauigatione ī intimos maris ſinus receſſerūt: fortunataſ inſulas cōtra leuā mauritaniæ tradunt iacere. Quaſ Iuba ſub meridie qdē ſitas: ſed ꝓximas occaſui dicit. De haꝝ nominibus expectari magnū miꝝ reor: ſed infra famā uocabuli res ē. In prima eaꝝ cui nomē eſt norion ædificia nō ſūt nec fuerūt Iuga mōtiū ſtagnis madeſcunt. Ferulæ ibi ſurgunt ad arboris magnitudinē. Eaꝝ quæ nigræ ſūt expreſſæ liquorē reddunt amariſſimū: quæ cādidæ ſucos ītuomunt etiam potui accomodatos. Alterā inſulā iunoniā appellatā ferunt. In ea pauxillæ ædes humiliter ad culmē faſtigiatæ. Tertia huic proximat eodem nomine nuda omnia. Quarto loco capraria appellat̄ enormibus lacertis pluſq̄ referta. Seqtur niuaria acre nebuloſo & coacto: ac ꝓpterea ſemꝑ niualis. Deinde canaria plena canibus forma etiā eminentiſſimis. Inde etiā duo exhibiti Iubæ regi. In ea aedificioꝝ durāt ueſtigia. Atiū magna copia: nemora pomifera: palmeta cariotas ferentia: multa nux pinea: larga mella: amnes ſalubres: piſcibus abūdātes. Perhibēt etiā expui ī eū undoſo mari beluas. Deinde cū monſtra illa putredīe tabefacta ſūt oīa illic inficiunt odore tetro. Ideoq; nō penitus ad nuncupationem ſuā cōgruere inſulaꝝ qualitatem.

F I N I S

Impreſſum parmæ per Andream Portiliam
āno Dñi. M. cccclxxx. xiii. Kalen̄. Ianuariiſ.

UNIVERSIDAD Y PROV.
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA